V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** absolvi: prima actione facillime est absolutus; Cluent. 103.

accusari: M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est, ut ..; Font. 40.

adesse: C. Verrem altera actione responsurum non esse neque ad iudicium adfuturum; Verr. I, 1. qui priore actione non adfuit; ib. 138.

agere: sic a me sunt acta omnia priore actione ut ..; Verr. I, 29. nolui tam vehementer agere hoc prima actione; ib. V, 163. agi quidem usitato iure et cotidiana actione potuit; Tull. 54. longe alia ratione, recuperatores, ad agendam causam hac actione venio atque initio veneram; Caecin. 3.

audire: si quis erit qui perpetuam orationem accusationemque desideret, altera actione audiet; Verr. a. pr. 55. qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis; ib. I, 52. de qua (spoliatione) priore actione testis dicere audistis; ib. IV, 102. ita ut ipsum priore actione dicere audistis; ib. V, 101.

cognoscere: id quod priore actione cognovistis; Verr. I, 125. tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio cuius modi esset cognovistis; ib. II, 15. ex quo vos priore actione iurato rem omnem causamque cognostis; ib. V, 90.

comprobare: ſ. II, 1. infirmo.

condemnari: Scamander prima actione condemnatus est; Cluent. 55.

confiteri: meminerit se priore actione ... confessum esse; Verr. I, 12.

confligere: „potuisti enim leniore actione confligere;“ Caecin. 8.

dare: dedi tantum priore actione testium, res ut nemini dubia esse posset; Verr. V, 158.

defendere: quem nemo prima actione defendere ausus esset; Verr. I, 31. ſ. I, 2.

dicere: dixi prima actione me planum esse facturum C. Verrem HS quadringentiens contra leges abstulisse; Verr. I, 27. haec eum dictitasse priore actione et Sex. Pompeius Chlorus dixit ... et hac actione quam voletis multi dicent; ib. II, 102. dicta sunt priore actione et privatim et publice testimonia; ib. 120. qui priore actione ita testimonia graviter vehementerque dixerunt, ut ..; ib. 156. scitis quam multi et quam multa priore actione dixerint; ib. dixerunt enim ipsi priore actione publice; ib. III, 105. ſ. audire; Verr. I, 52. IV, 102. V, 101. intellegere.

discere: quibus persuadeamus istum ..., quod priore actione didicistis, pecuniam abstulisse; Verr. I, 11. hoc quam nihil sit, tametsi ex multis Siciliae civitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in hac ipsa civitate cognosce; ib. 88. id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis; ib. II, 69.

induere se: at quem ad modum ipse se induit priore actione? Verr. V, 73.

intellegere: intellegere potuistis priore actione civis Romanos ... pro testimonio dicere; Verr. II, 16. id iam priore actione, cum haec testes dicerent, intellexi; ib. V, 143.

interpellare: nisi vero illud dicet, quod et in Tettii testimonio priore actione interpellavit Hortensius; Verr. I, 71.

interrogare: qui testis interrogare priore actione nolueris et eis tacitus os tuum praebere malueris; Verr. III, 41. quoniam priore actione ... testem nullum interrogasti; ib. V, 155.

iudicare: quoniam sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius iudicare; Tull. 5. xviri prima actione non iudicaverunt; Caecin. 97. recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicaverunt; Flacc. 48.

perorari: iam enim mihi videor hoc prope causa duabus actionibus perorata debere dicere; Font. 37.

praebere: ſ. interrogare; Verr. III, 41.

producere: produxi *eum* prima actione; Verr. IV, 16.

recitari: quae vobis locatio ex publicis litteris Segestanorum priore actione recitata est; Verr. IV, 79.

repeti: nam civibus cum sunt ereptae pecuniae, civili fere actione et privato iure repetuntur; div. Caec. 18.

respondere: ſ. adesse; Verr. I, 1.

satis fieri: de quo multis viris primariis testibus multorumque tabulis vobis priore actione satis factum est; Verr. II, 20.

stare: hic etiam priore actione Q. Hortensius pupillum Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum et stetisse cum patruo testimonium dicente questus est et me populariter agere ... clamitavit; Verr. I, 151.

tolli: sed hoc ... non intellegis priore actione ab istis ipsis Mamertinis, tuis laudatoribus, esse sublatum? Verr. V, 47.

venire: ſ. stare.

crimen est: cuius igitur (crimen est)? re vera nullius: actione ‖actiones‖ accusatoris eius unius, qui donavit: Balb. 7.

2. **Präpoſition:** in: quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellae spiritus proferam? Verr. I, 75. in priore ‖priore‖ actione quam varie ... praedatus esset multorum testimoniis cognovistis; ib. II, 133. qua tu in actione quamquam omnia exempla maiorum ... neglexisti; Rabir. 17.

actor, Sachwalter, Kläger; Schauſpieler: I. **abſolut: 1. Subject und attributiv beim Subject.** accedit: huic ego causae .. cum summa voluntate et exspectatione populi Romani actor accessi; Verr. a. pr. 2.

accusat: ſ. agit.

adiungit: nam illud ipse actor adiungebat amico animo; Sest. 121.

agit: illud ... egit fortissimus actor, non solum optimus, de me, cum omnis ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, universum populum Romanum accusaret: „exsulare sinitis ..“; Sest. 122.

aspicit: ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama ... nec tuos ludos aspexit ... nec ullos alios nisi eos ..; Sest. 116.

demonstrat: ſ. agit.

est idoneus: harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa delegit; div. Caec. 19. — is: ne actor quidem est is, cui reus tam nocens ... aut occulte surripi aut impune eripi possit; Verr. I, 10.

exprimit: aliquid a poëta dictum ... quod ... non exprimeret ipse actor; Sest. 118.

exspectat, progreditur: actor hic defensorque causae meae nihil progreditur, consilia exspectat inimicorum meorum; Sest. 75.

2. **Prädicat:** sum: quem maxime velint actorem esse ei, quibus factae esse dicantur iniuriae, et quem minime velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur; div. Caec. 10. me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt; ib. 11. iniquum est non eum legis iudiciique actorem idoneum maxime putari, quem actorem causae suae socii defensoremque fortunarum suarum potissimum esse voluerunt; ib. 65. qui apud alium iudicem multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes; Verr. IV, 70. dux, auctor, actor illarum rerum fuit; Sest. 61. qui sui facti, sui iudicii, sui beneficii voluit me esse, ut apud eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, et praedicatorem et actorem; Balb. 4.

ablat. absol.: nam te actore quem eorum adfuturum putas? div. Caec. 22. sese tamen te actore ad iudicium non adfuturos; ib. 28. ut ... cives ... necati impune me actore esse videantur? Verr. V, 179.

II. **nach Verben: 1. Accuſativ:** adopto: nam provincia accusat, cum is agit causam, quem sibi illa defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem causae totius adoptavit; div. Caec. 54.

constituo: hic, si tu eris actor constitutus, totum iudicium sustinebit; div. Caec. 48.

deligo: ut in actore causae suae deligendo vestrum iudicium ab suo iudicio ne discrepet; div. Caec. 14. ſ. I, 1. est idoneus.

habeo: dicebam eos habere actorem Q. Caecilium; div. Caec. 4.

praepono: in hac causa profecto neminem praeponendum mihi esse actorem putabit; div. Caec. 1.

puto: ſ. I, 2. sum; div. Caec. 65.

quaero: Siculos omnis actorem suae causae contra illius iniurias quaesisse; div. Caec. 12.

video: video P. Sestium, meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensorem, propugnatorem, actorem rerum; Sest. 144.

2. **Dativ:** eripio, surripio: ſ. I, 1. est is.

3. **mit Präpoſition:** sum in: quod fidem meam diligentiamque praestarem, quae cum sunt in actore causae, nihil est ... quod excellens ingenium requiratur; Caecin. 5.

III. **nach Subſtantiven:** causa: ergo addito DOLO MALO actoris et petitoris fit causa copiosior; Tull. 28.

studium: cum iam omisso gestu verbis poëtae et studio actoris ‖auctoris‖ ... plauderetur; Sest. 121.

IV. **Umſtand:** in; ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat, sic faciet Alienus; div. Caec. 48.

actum, (meiſtens pl. **acta**), Verhandlung, Verordnung: I. **Subject:** displicent: acta mea sibi ait displicere; Sest. 133.

sunt firma: an in commentariolis et chirographis et libellis se uno auctore prolatis, ne prolatis quidem, sed tantum modo dictis acta Caesaris firma erunt? Phil. I, 16. ut actis Caesaris firmis ac ratis Cn. Pompei filius posset ... fortunas patrias recuperare; ib. XIII, 12. — rata: ut acta sua rata essent; Phil. XIII, 37. ſ. firma; Phil. XIII, 12. — salva: salvis enim actis Caesaris ... Pompeio sua domus patebit; Phil. XIII, 10.

II. **nach Verben: Accuſativ:** cohonesto: ut actā tui praeclari tribunatus hominis dignitate cohonestes; dom. 81.

confirmo: acta enim Caesaris pacis causa confirmata sunt a senatu; Phil. II, 100. si quam legem de actis Caesaris confirmandis ... tulisse M. Antonius dicitur; ib. V, 10.

contemno: a te non modo nostra acta, quos

tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contemptam; Vatin. 29.

convello: ne acta Dolabellae videar convellere; Phil. II, 83.

curo: ſ. defendo; Phil. II, 111.

defendo: ut etiam acta illa Caesaris, quae neque oppugnavi antea neque defendi, meo iam iure possim defendere; prov. cons. 44. quem ad modum ipse Caesaris acta defenderet; Phil. I, 16. summo studio illius praeclara acta defendo; ib. 17. et vos acta Caesaris defenditis, qui leges eius evertitis? ib. 19. eas .. Caesaris leges nos, qui defendimus acta Caesaris, evertendas putamus? ib. 24. nos quidem contemnendi, qui auctorem ‖actorem‖ odimus, acta defendimus; ib. II, 96. sed tu, qui acta Caesaris defendis, quid potes dicere cur alia defendas, alia non cures? ib. 111. qui, cuius acta se defendere dicit, eius eas leges pervertit; ib. V, 7. at istud vetat lex Caesaris, et tu acta Caesaris defendis; ib. VIII, 28. si ipse viveret C. Caesar, acrius, credo, acta sua defenderet, quam vir fortissimus defendit Hirtius? ib. X, 16. qui non Caesaris, sed Antonii acta defendunt; ib. 22. quid ego de proximo dicam, cuius acta defendimus? ib. XIII, 2. actis Caesaris, quae concordiae causa defendimus; ib. 10.

dico: ecquid est quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Phil. I, 18.

dissolvo: in maximis vero rebus, id est legibus, acta Caesaris dissolvi ferendum non puto; Phil. I, 18.

everto: qui C. Caesaris acta ‖res actas‖ everti ... volunt; Phil. X, 15.

infirmo: „infirmas igitur tu ‖infirma sunt igitur tua‖ acta C. Caesaris“? dom. 39. ſ. labefacto; Sest. 40.

labefacto: [quod acta illa atque omnis res anni superioris labefactari a praetoribus, infirmari a senatu atque principibus civitatis putabant; Sest. 40]. cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur; ib. 62.

oppugno: ſ. defendo; prov. cons. 44.

probo: ſ. servo; Phil. I, 16.

quaero: quaere acta Gracchi; Phil. I, 18.

renuntio: acta et imperia tua domum ad senatum suum renuntiaverunt; Verr. III, 73.

rescindo: alios esse, qui acta Caesaris rescindant, cum ... lex ... neglegatur; Sest. 135. nonne acta Caesaris rescinduntur? Phil. I, 23. et in publicis et in privatis rebus acta Caesaris rescidit ‖rescindit‖; ib. II, 109. acta M. Antonii rescidistis; leges refixistis; ib. XIII, 5.

servo: acta Caesaris servanda censeo, non quo probem ... sed ..; Phil. I, 16. hac lege sublata videnturne vobis posse Caesaris acta servari? ib. 19.

tollo: VIIVIRUM acta sustulimus; Phil. VI, 14.

2. **mit Präpoſitionen:** cognosco de: at sic placuerat ut Kalendis Iuniis de Caesaris actis cum consilio cognosceretis; Phil. II, 100.

consisto in: Pompei tertius consulatus in quibus actis constitit? nempe in legibus; Phil. I, 18.

duco in: non istas res in actis suis duceret; Phil. I. 18.

habeo in: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Caesaris non habebitur; Phil. I, 19.

numero in: nisi forte, si quid memoriae causa rettulit in libellum, id numerabitur in actis; Phil. I, 19.

sum in: equidem existimo nihil tam esse in actis Caesaris quam leges Caesaris; Phil. I, 17. si ita in actis fuit; ib.

III. **nach Subſtantiven:** defensor: cum actorum Caesaris defensor esse deberet; Phil. II, 109.

patronus: illi certissimi idemque acerrimi Caesaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum gerunt; Phil. X, 16.

IV. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** inligari: * per suum tribunatum Caesaris actis inligatus teneretur; dom. 40.

2. **Präpoſitionen:** contra: tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta C. Caesaris; Phil. V, 7.

de: terror iniectus Caesari de eius actis; prov. cons. 43.

ex: nihil est quod irritum ex actis Caesaris possit esse; prov. cons. 45. cum ... ea se ex actis Caesaris agere diceret; Phil. V, 12.

actus, Act; Vichtrieb; Bewegung: I. **abſolut:** restat: hic restat actus, in hoc elaborandum est, ut rem publicam constituas; Marcell. 27.

II. **nach Verben: Accuſativ:** conficio: non solum unum actum, sed totam fabulam confecissem; Phil. II, 34.

praetermitto: primum illum actum istius vitae turpissimum et flagitiosissimum praetermittam; Verr. I, 32.

sumo: aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur; Caecin. 74.

III. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** [corporis actibus providi omnibus prospexi ... (verderben)]; leg. agr. II, 103.

2. **Präpoſition:** in: quis dubitare posset ... qualis iste in quarto actu improbitatis futurus esset; Verr. II, 18.

actutum, ſogleich: ego mortem actutum futuram ‖me vim ac tortorem laturum‖ puto; Phil. XII, 26.

aculeus, Stachel: I. **abſolut:** accidunt: in quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt; Planc. 58.

II. **nach Verben: Accuſativ:** converto: eodem etiam M. Lurco ... convertit aculeum testimonii sui; Flacc. 86.

emitto: mortuus est aculeo iam emisso; Flacc. 41. ſ. habeo; Cael. 29.

erigo: ſ. habeo; Cael. 29.

evello: evellere se aculeum severitatis vestrae posse confidunt; Cluent. 152.

excutio: noli aculeos orationis meae, quia ‖qui‖ reconditi sunt, excussos arbitrari; Sulla 47.

habeo: habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt; Verr. III, 95. vestrae sapientiae .. est non abduci ab reo nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum; Cael. 29. ſ. I. accidunt.

patior: ſ. habeo; Verr. III, 95.

recondo: ſ. excutio.

acumen, Schärfe: adimo: non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; Flacc. 9.

acuo, ſchärfen, aufreizen: alqm: illum acuere, hos ... fallere; Sex. Rosc. 110. eorum ipsorum ad crudelitatem te acuit ‖acuet‖ oratio; Ligar. 10.

ingenium: vini exhalandi, non ingenii acuendi causa declamas; Phil. II, 42.

acus, Nadel: **Ablativ:** enucleare: neque acu quaedam enucleata argumenta conquiram; Scaur. 20.

pungere: volnus in latere, quod acu punctum videretur; Milo 65.

acute, ſcharfſinnig: conligo: at quam acute conlecta crimina! Deiot. 33.

excogito: excogitat sane acute quod ‖quid‖ decernat; Verr. IV, 147.

fateor: ipse denique fatetur, hoc quidem satis acute, non posse ..; Phil. XIII, 36.

interrogo: acute testis interrogabat; Flacc. 82.

respondeo: si mihi ad haec acute arguteque responderit; Cael. 19.

scribo: at quam legem ...? acutissime ac diligentissime scriptam; Verr. III, 20. scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet, ita acute, ut Siculum; ib.

acutus, ſcharf, ſcharfſinnig: alqs: *si* qui acutiores in contione steterant; leg. agr. II, 18.

alqd: accipite aliquid etiam acutius; Sest. 135.

adulescens: acutus adulescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret; dom. 115.

genus; ut est hominum genus nimis acutum et suspiciosum; div. Caec. 28.

homo: non est homo acutior quisquam nec fuit; Verr. II, 128. sicut ab homine ad excogitandum acutissimo ... auxilium ... petere coepit; Cluent. 67. homo impurus, sed tamen acutus; Rab. Post. 14. quem ad modum me coarguerit homo acutus recordamini; Phil. II, 28.

imperator: si quis acutior imperator fuit; Phil. XIII. 25.

oculi: populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos; Planc. 66.

tribunus: exspecto quid tribunus plebis vigilans et acutus excogitet; leg. agr. I, 3.

ad, nach — hin, zu, bis zu, bei, gemäß, gegen: 1. **nach Verben und Participien:** abduco: ab illis hominibus ... ad hanc hominum libidinem ac licentiam me abducis? Verr. III, 210. quo tempore illum a quaestione ad nullum aliud rei publicae munus abduci licebat; Cluent. 89. equitatum ad se abduxit Dolabellae; Phil. XI, 27.

abeo: „quid ad istas ineptias abis“? Sex. Rosc. 47.

abicio: C. Servilium ... ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis et verberibus abiectum; Verr. V, 140. cum .. adulescentes ... se ad lenonis impudicissimi pedes abiecissent; sen. 12. socer ad pedes abiectus; Sest. 74. abiectum non tam ad pedes quam ad mores sensusque vestros; Cael. 79. cum ... lauream ad portam Esquilinam abiecisti; Piso 74. cum ea (folia laureae) abiecta ad portam reliquisti; ib. 97. supplex te ad pedes abiciebas; Phil. II, 86.

abripio: eo tempore ad quaestionem ipse abreptus est. at *ad* quam quaestionem? Cluent. 89.

abutor: quid est aliud iudicio ... abuti ad quaestum atque ad libidinem? Sex. Rosc. 54. te ad Sthenii periculum inimici eius nomine abusum esse; Verr. II, 107. istum decumanorum nomine ad suos quaestus esse abusum; ib. III, 61. sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum; ib. V, 142. abuti deorum immortalium numine ad hominum *metum* timoremque ‖qui, quid‖ voluisti? dom. 125. T. Annii tribunatu ... ad huius criminis defensionem non abutemur; Milo 6. ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer; Ligar. 1.

accedo: cur ex tot creditoribus alius ad istam rationem nemo accesserit; Quinct. 76. quod nondum ad rem publicam accessi; Sex. Rosc. 3. ut ad illam ... praedam damnatio Sex. Roscii velut cumulus accedat; ib. 8. ipse ad eos accedit et homines nobilis adlegat; ib. 25. ut ad maleficium nemo conetur ... accedere; ib. 84. ad haec bona Chrysogonum accessisse; ib. 107. me salutis omnium causa ad eam partem accessisse rei publicae sublevandae; div. Caec. 9. quibus rebus adductus ad causam accesserim; ib. 10. me non Siculorum rogatu ad causam accedere; ib. 12. qui ad alienam causam ... accedere aut aspirare audeat; ib. 20. ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat; ib. 63; pro sociis ... ad periculum accedere; ib. homines ad legum defensionem iudiciorumque auctoritatem quam honestissimos ... accedere; ib. 70. accessi enim ad invidiam iudiciorum levandam vituperationemque tollendam; Verr. I, 5. cum causa accedere ad accusandum; ib. 21. ante quam iste ad magistratus remque publicam accessit; ib. 33. quisquam ad meam pecuniam me invito aspirat, quisquam accedit? ib. 142. me ad meas fortunas defendendas accedere non sines? ib. poterat aliquis ad id negotium de populo accedere; ib. 148. ut proxime ad nostram disciplinam ... videantur accedere; ib. II, 7. ad illa HS *l*ɔ milia hereditaria accessit ipsius antiqua HS quindeciens pecunia; ib. 61. ut ad causam accederet; ib. 94. ad causam non accederent; ib. 192. si ... ita emptores accessissent, ut ad dimidias partis emendas; ib. III, 40. ut populo Romano nescio quid ... ad decumas accederet; ib. 43. cum iam ad summam decumarum nihil, ad tuum quaestum multum posset accedere; ib. 51. ad eius condiciones pactionesque accedere; ib. 69. cur ... non ... servi publici ad vectigalia accedunt? ib. 86. si tibi aliquis ad aurem accessisset; ib. 138. quo consilio ad causam publicam accesserim; ib. 164. accessit ad argentum; ib. IV, 33. ad Peloridem accedere; ib. V, 6. ad illa aestiva praetoris accedunt, ipsam illam ad partem litoris; ib. 96. piraticus myoparo ... usque ad forum Syracusanum et ad omnis crepidines urbis accessit; ib. 97. accedit ad hominem Timarchides; ib. 116. cum ego ad Heraclium noctu accederem; ib. 129. quicumque accesserant ad Siciliam; ib. 146. ad eas (oleas) cum accederetur; Caecin. 22. si qui ex alto cum ad patriam accessisset, ... optaret; ib. 88. me .. ad eam causam accedere; Cluent. 7. ut ad hoc nefarium facinus accederet; ib. 31. ut ad cumulum ... Staieni sententia ... accederet; ib. 74. ad quem numquam accessisse culpam videtis; ib. 83. cum adversario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet; ib. 94. an ut ... ad causam novum crimen accederet? ib. 167. quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit; Rabir. 5. ad quam (partem) ille accesserat: Catil. II, 12. ut ad urbem quam primum cum exercitu accederet; ib. III, 8. ad haec mala .. quod accedat aliud non videtis? Muren. 81. accedam ad singulas querellas criminationesque Graecorum; Flacc. 27. satisne ... videor ad singulos testis accedere? 50. qui nondum ad honores accesserunt; ib. 105. ut ad istam coniurationem atque ad hoc nefarium facinus accederent; Sulla 60. cum ad naturam eximiam atque inlustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae; Arch. 15. cum ad causam caritatis accederet iste speculator; dom. 18. vix pars aedium mearum decima ad Catuli porticum accessit; ib. 116. non multum mihi sane post ad odium accessit; har. resp. 5. sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit; Sest. 24. accessit ad causam publicam; ib. 67. ad quem si accessit; Cael. 10. numquam ad illum accessit; ib. ne ... oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet; ib. 25. cum quidam ... iurandi causa ad aras accederet; Balb. 12. ut ne cui liceat ... ad nostrorum bellorum pericula accedere; ib. 26. non audebit accedere ad ludos; Piso 65. ad horum omnium iudicia ... domesticum iudicium accessit; ib. 97. ut (undae) ad alios accedant; Planc. 15. ad moenia accessi; ib. 97. ad hoc ... frumentarium crimen accedam; Scaur. 22. si illum ad urbem nocte accessurum sciebat; Milo 49. si vero ad humanos casus incertosque motus valetudinis sceleris etiam accedit insidiarumque consensio; Marcell. 23. ut ... ad tua in me ... merita ... maximus hoc tuo facto cumulus accesserit; ib. 34. homines .. ad deos nulla re propius accedunt quam ..; Ligar. 38. qui ad illud scelus sectionis auderet accedere; Phil. II. 64. accedis ad sellam; ib. 85. cum ... ad Aquinum accederet; ib. 106. ad ea .. praesidia ... iam accedent consules; ib. III, 36. quem ad modum ad hunc reus adleget? quo modo accedat? ib. V, 14. Pompeius ad L. Sullae maximum imperium victoremque exercitum accessit; ib. 44. ita enim ad rem publicam accessit, ut ..; ib. 50. boni tamen aliquid accessit ad causam; ib. VI, 15. si ad gravem valetudinem labor accessisset; ib. IX, 2. ad has pestis opprimendas ... M. Bruti accessit exercitus; ib. X, 23. ad has copias accedent alii reges; ib. XI, 34. ut inde agmine quadrato ad urbem accederet; ib. XIII, 18. ut ... ad munitiones propius accederent; ib. 46. quae (copiae) ad castra accesserant; ib. XIV, 37.

accendo: faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi; Piso 5.

accido: quod ad oculos animumque acciderit; Verr. IV, 2. nihil ut umquam videretur tam populare ad populi Romani auris accidisse; Sest. 107. verbum ... quod non iucundum ... ad auris tuas accidat ‖accidit, accedat‖; Vatin. 4.

accipio: etiam si statuerit accipere ad statuas licere; Verr. II, 145. nihil autem erat periculosius ... quam ad quam rem accepisset confiteri; Cluent. 85.

accommodatus: homines ... ad summum [Graecorum] otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati; Verr. I. 63. cum .. iter hoc sibi magis ad quaestum suum quam ad rei publicae tempus accommodatum depoposcisset; ib. homine ... ad Verris flagitia libidinesque accommodato; ib. III, 60. verba ... ad omne genus nequitiae accommodata; ib. 155. nihil ad tempus accommodatum; ib. 175. arte quadam praeditus ad libidines adulescentulorum excitandas accommodata; Cluent. 36. homo ... ad inflammandos animos multitudinis accommodatus; ib. 79. legem ... ad Sullanae adsignationis rationes esse accommodatissimam; leg. agr. III, 13. num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad caedem accommodatus est? ib. 16. locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos quam ad consolandos accommodatus; Sulla 17.

accommodo: ut ... ad eius testimonium vestrum ius iurandum accommodetis; Sex. Rosc. 101. formulae, ad quas privata lis accommodatur; Qu. Rosc. 24. ut ... testis ad crimen accommodem; Verr. a. pr. 55. maiores nostros ... ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodasse; imp. Pomp. 60. quod (ius) ... non solum ad suas caerimonias, sed etiam ad iussa accommodaverunt; dom. 136. ad tempus eius mendacium vestrum accommodavistis; Cael. 17.

accurro: illum cupide ad praetorem quasi ad laudem atque ad praemium accucurrisse; Verr. V, 7.

accuso: accusabat tribunus plebis idem in contionibus, idem ad subsellia; Cluent. 93. ad populum accusante P. Clodio; Milo 40.

acquiro: tu ... dubites ... acquirere ad fidem? Catil. II, 18. mihi quidem ipsi quid est quod iam ad vitae fructum possit acquiri? ib. III, 28.

acuo: eorum ipsorum ad crudelitatem te acuit ‖acuet‖ oratio; Ligar. 10.

addo: quasdam res ut ad legem adderent; Verr. III, 18. si quam partem tuae praedae ad summam decumarum addidisses; ib. 48. ut ad med. DC HS XXX milia lucri statim sua voluntate civitas adderet; ib. 84. unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur; ib. 118. dico equitem Romanum ... ad decumas agri Leontini tritici modium non mille .... sed ad unas unius agri decumas tritici modium triginta voluisse addere; ib. 148. quid ad hanc impudentiam addi potest? ib. 225. nihil addi iam videtur .. ad hanc improbitatem, amentiam crudelitatemque posse; ib. V, 115. *ad* DAMNUM adderetur INIURIA; Tull. 41. quid ad hanc clementiam addi potest? ib. 50. nihil posse iam ad hanc improbitatem addi videtur; Cluent. 35. ad ea ... addebat etiam ipse nova quaedam volnera; ib. 58. ad haec non modo adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae reliqua vos idem addidistis; sen. 27. ne quid ad eas ruinas ... addendum acerbitatis putet; Rab. Post. 2.

adduco: causa, quae te ad tantum facinus adduxerit; Sex. Rosc. 86. ut ad vos adducantur eorum liberi; ib. 153. parens adductus ad supplicium; Verr. I, 76. ad se ut adducant (hominem); ib. III, 55. ad quod facinus nemo praeter te ulla pecunia adduci potuerit; ib. V, 11. ad hominem condemnandum ... adductum esse pretio; Caecin. 29. Oppianicus obsignatores ad eum ... adducit Cluent. 37. ad quam cum adduxisset medicum; ib. 40. frequentis eos ad me domum adduxit; ib. 49. ad me meos vicinos et amicos Aletrinatis non adduxit; ib. 56. Staienum ipse ad subsellia adduxit; ib. 74. [ut nemo ad populum Romanum vos adducere ... posset ‖possit‖; leg. agr. II, 99]; te ad accusandum res publica adduxit; Muren. 78. ad sceleratorum poenam amore rei publicae sum adductus; Sulla 87. ad eum filiam eius adduxit; Sest. 7. potius ... quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, sed in magnum vitae discrimen adducerem; ib. 45. adduci ad suspicandum nullo modo possum; prov. cons. 39. non sum ... adductus ad causam; Piso 79. qui spe amplissimorum praemiorum ad rem publicam adducti; Milo 5. hunc ad meam auctoritatem non potui adducere; Deiot. 29. nisi ad urbem vel in urbem potius exercitum maximum adduceret; Phil. V, 22. quod is legionem quartam ad Caesarem adduxerit; ib. 52. ex qua non legiones solum, sed etiam nationes ad urbem conetur adducere; ib. VII, 3. cum Magnum Pompeium ... auctoritate adduxit ad pacem; ib. XIII, 8.

adeo: ne ad Sullam adirent; Sex. Rosc. 25. ad Sullam legati non adierunt; ib. 110. ad arbitrium hoc animo adimus, ut ..; Qu. Rosc. 10. de quo nomine ad arbitrum adisti; ib. 12. ceteri heredes adeunt ad Verrem; Verr. I, 123. aditum est ad Metellum; ib. III, 152. ad quam (urbem) cum adirent ex Italia; ib. IV, 26. aditum est ad libros Sibyllinos; ib. 108. ut ad Verrem adirent; ib. 113. ut ... adiremus ad eorum senatum; ib. 137. cum ad praetorem in ius adissemus; ib. 147. filio adeundi ad illum miserum potestatem numquam esse factam; ib. V, 21. prohibentur adire ad filios; ib. 117. homines ... adeunt ad ea loca, quae ..; ib. 167. qua adibam ad istum fundum; Caecin. 82. qui ad rem publicam adeunt; imp. Pomp. 70. ad quem adiit; Flacc. 49. legatus, ad quem est aditum; ib. adiit ad rem publicam [tribunus plebis] Milo; Sest. 87. adiit igitur T. Annius ad causam rei publicae sic, ut ..; ib. ad quas (contiones) nemo adibat incorruptus; ib. 106. ad Brutum adeundi legatis potestatem fecerit (oportet); Phil. VII, 26. qui ... aut ad C. Pansam aut ad A. Hirtium consules aut ad Decimum Brutum ... aut ad C. Caesarem adierint; ib. VIII, 33. ad quas (aras) togati adierimus; ib. XIV, 2.

adfero: qui nihil se arbitrantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium adferre oportere; div. Caec. 25. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum adferebat; ib. 63. cum haec ad eum adferrentur; Verr. II, 101. quicquid ad eos recuperatores Apronius attulisset; ib. III, 69. quo modo hoc nomen ad rationes magistratus, quo modo ad pecuniam publicam adlatum est? ib. 181. „iubet me scyphos sigillatos ad praetorem statim adferre"; ib. IV, 32. ut omne argentum ... conquirendum curaret et ad se adferendum; ib. 50. ut is anulus ad se primo quoque tempore adferretur; ib. 58. ad quos Ceres in illo errore venisse dicitur frugesque attulisse; ib. 108. cum aper ingens ad eum adlatus esset; ib. V, 7. ad quod (incommodum) recens cum te peropportune fortuna attulisset; ib. 39. id .. me non ad meam defensionem attulisse; Caecin. 85. ut eam (calamitatem) ad auris [Luculli] imperatoris ... rumor adferret; imp. Pomp. 25. nisi ad ipsum discrimen eius temporis divinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset; ib. 45. descriptam [ad me] legem adferunt; leg. agr. II, 13. qui ... non minus adferret ad dicendum auctoritatis quam facultatis; Muren. 4. qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? ib. 22. quae (res) ad me adlatae essent; ib. 51. quid adfers ad iudicium? ib. 67. neque attulit in iudicium quicquam ad laedendum nisi voluntatem; Flacc. 11. tu salutis auxilia ad me et ad senatum attulisti; ib. 102. videor .. iam non solum studium ad defendendas causas, verum etiam opinionis aliquid et auctoritatis adferre; Sulla 10. ut nihil possint ex eis ‖his‖ .. ad

communem adferre fructum; Arch. 12. ad immortalitatem gloriae plus adfert desideratum esse; dom. 86. viderat ille Murenam ... ad me consulem communis exitii indicia adferre; ib. 134. ad quos epulones Iovis ..., si quid est praetermissum ..., adferunt; har. resp. 21. hunc .. animum attulit ad tribunatum P. Sestius; Sest. 15. de quo nulla unquam suspicio durior aut ad senatum aut ad imperatores adlata nostros est; ib. 59. ille ad eos ... cotidie aliquid de *me* ficti ‖defecti‖ adferebat; ib. 133. quam causam ad patronos tuos aut quod os adferes? Vatin. 5. ita Caelium ad illam attulisse, se ... aurum quaerere; Cael. 53. ex ea *a* te imperatore nuntius ad senatum adlatus est nullus; Piso 44. me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse; Milo 1. quantum mea fides studii mihi adferat ad salutem regis Deiotari defendendam; Deiot. 1. ego ad illum belli civilis causam attuli; Phil. II, 72. si etiam tarditatem adfert ista sententia ad Dolabellam persequendum? ib. XI, 25.

adfigo: litteram illam ... ita vehementer ad caput adfigent, ut ..; Sex. Rosc. 57.

adfligo: ad quos (scopulos) Sex. Titii adflictam navem ... videres; Rabir. 25.

adgredior: adgrediar ad crimen; Cluent. 8. quibus fretum ad consulatus petitionem adgredi par est; Muren. 15. adgrediar iam ad singulas civitates; Flacc. 34. adgrediar ad dicendum; Sest. 8. non adgrediar ad illa maxima atque amplissima prius quam ..; ib. 5. nos ... ad eam rem publicam tuendam adgressi, quae ..; ib. 141. prius quam adgrediar ad ius causamque Cornelii; Balb. 18.

adgrego: huius etiam filium eodem indicio et crimine ad patris interitum adgregare voluisti; Vatin. 25.

adhaeresco: ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaeresceret; Sest. 18.

adhibeo: cum ad suum scelus illud ... quosdam homines improbos duces atque adiutores adhibuisset; Verr. IV, 93. ad ea convivia matres familias adhibuisti; ib. V, 137. ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possem; ib. 139 leges .., ad quas adhibemur; Cluent. 144. quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset; Arch. 5. ad quam (dedicationem) non conlegium ... adhibere potuisti; dom. 118. ad deliberationes eas ... principes civitatis adhibebat; Phil. I, 2.

adhinnio: sic ad illius hanc orationem adhinnivit, ut ..; Piso 69.

adhortor: me ... meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata; Rabir. 2. qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur; sen. 14. ut ad defendendam rem publicam te adhortarer; Phil. II, 89. nos *M. Lepidus* ... ad pacem adhortatur; ib. XIII, 7.

adicio: *hordei* .. numero ad summam tritici adiecto; Verr. III, 188. cum ad omnia vestra pauci homines [cupiditatis] oculos adiecissent; leg. agr. II, 25.

adiungo: crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem; Sex. Rosc. 86. ut aliquis metus adiunctus sit ad gratiam; div. Caec. 24. provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adiuncta sit; Verr. III, 11. qui cum Siciliam tam opportunum subsidium belli atque pacis ad rem publicam adiunxissent; ib. 14. si ad verbum rem volumus adiungere; Caecin. 49. totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit; imp. Pomp. 35. fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem et ad gloriam et ad res magnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna; ib. 47. cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut ..; ib. 50. qui ad hominum pericula depellenda adiungerer; Cluent. 17. agrum ... Corinthium, qui L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adiunctus est; leg. agr. I, 5. non desistebant ... ad suos coetus occultos noctem adiungere et solitudinem; ib. II, 12. adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen? Rabir. 27. ut ad falsum avaritiae [testimonium] verum maleficii crimen adiungat; Flacc. 41. ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur; Sest. 74. Caesar se ad neminem adiunxit; Phil. V, 44.

adiuvo: ut omnes intellegant non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare; Quinct. 75. si nihil ad percipiendam [colendam] virtutem litteris adiuvarentur; Arch. 16.

adlego: necessarios istius ad eum adlegatos esse dicebat; Verr. I, 139. quem ad modum ad hunc reus adleget? Phil. V, 14. ‖ accedo; Sex. Rosc. 25.

adlicio: ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam; imp. Pomp. 24. nulla re adlici hominum mentis oportere ad magistratum mandandum nisi dignitate; Muren. 76. si te laus adlicere ad recte faciendum non potest; Phil. II, 115.

adligo: cuius ad statuam [Siculi] te praetore adligabantur; Verr. IV, 90. ad palum adligantur; ib. V, 10. ad palum adligati repente ... soluti sunt; ib. 11. reliquos *si* ... universos ad palum adligasset; ib. 71.

admetior: coge ut ad aquam tibi ... frumentum Hennenses admetiantur vel Phintiam vel Halaesam vel Catinam; Verr. III, 192.

admisceo: ad id consilium admiscear? Phil. XII, 16.

admitto: si te semel ad meas capsas admisero; div. Caec. 51. neque ad consilium casus admittitur; Marcell. 7.

admoveo: reticulum .. ad naris sibi admovebat; Verr. V, 27. mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har resp. 20. aspide ad corpus admota; Rab. Post. 28.

adorno: hunc ad perficiendum adornavi ‖adortavi, al.‖; Arch. 28.

adrepo: ad istius amicitiam adrepserat; Verr. III, 158.

adripio: hanc istum otii et pacis hostem causam adrepturum fuisse ad incendia, caedem, rapinas; dom. 12.

adsisto: ut ... ipsi ad foris adsisterent imperat; Verr. I, 66. cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset; Arch. 24.

adsum: ut ad tabulam Sextiam sibi adsint; Quinct. 25. nese ... ad iudicium non adfuturos; div. Caec. 28. C. Verrem altera actione responsurum non esse neque ad iudicium adfuturum; Verr. I, 1. capit consilium ... non adesse ad iudicium; ib. II, 41. adest ad tabulam; Caecin. 16.

adsumo: reliqua ... mihi ad id, quod sentio, adsumo; prov. cons. 45. ad reliquos labores ... etiam hanc molestiam adsumo; Planc. 3.

advehor: inde cisio celeriter ad urbem advectus; Phil. II, 77.

adumbro: sint ... xviri neque veris comitiis ... neque illis ad speciem atque ‖ad‖ usurpationem vetustatis per xxx lictores auspiciorum causa adumbratis constituti; leg. agr. II, 31.

[advoco: ad eam donationem contio est advocata; Verr. III, 187.]

advolo: ad urbem confestim ... advolavit; Sest. 11. statim me perculso ad meum sanguinem hauriendum et spirante etiam re publica ad eius spolia detrahenda advolaverunt; ib. 54. advolasti egens ad tribunatum; Phil. II, 50. advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus; ib. V, 42. al-

ter advolarat subito ad direptionem pestemque sociorum; ib. X. 12.

aedifico: quis de C. Cethego ... cogitat cui non ad illius poenam carcer aedificatus esse videatur? Sulla 70.

ago: an ||aut|| ad atrocis ||actoris|| *rei* notionem atque animadversionem ages iniuriarum? Caecin 35. ad parentem sic agi solet, ad iudices: „non fecit"; Ligar. 30. eadem ad populum semper egi; Phil. XII. 17.

amando: amandat hominem — quo? ... ad homines a piratarum metu et suspicione remotissimos ..., ad Centuripinos; Verr. V, 69, 70.

antecello: dicendi consuetudo longe et multum isti vestrae exercitationi ad honorem antecellit; Muren. 29.

aperio: aliquando ad eum poeniendum oculos aperuisti; Milo 85.

apparo: qui iter illud ad caedem faciendam apparasset; Milo 28.

appello: cum ... classem ad Delum appulissent; Verr. I, 48. classe quondam Masinissae regis ad eum locum appulsa; ib. IV, 103. ex Hispania fugientis ad Siciliam appulsos esse dicebat; ib. V, 72. appulsis ad Helorum navibus; ib. 91. nec tuas umquam ratis ||rationes|| ad eos scopulos appulisses; Rabir. 25. si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navis appulisset; Phil. II, 26.

applico: Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicavit; Verr. II, 2. ad eorum se familiaritatem ... Oppianicus applicarat; Cluent. 46. ad hominis egentis ..., Staieni familiaritatem se applicavit; ib. 66. idcirco Decianum usque ad coronam applicuisti; Flacc. 82.

appono: qui non notam apponas ad malum versum; Piso 73.

appositus: mensis mihi tris cum eripuissetis ad agendum maxime appositos; Verr. I, 30. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda signa esse videatur; ib. IV, 126. homo bene appositus ad istius audaciam; ib. V, 108.

arcesso: optimum quemque et nobilissimum ad se arcessebat; Verr. IV, 76. neque ... T. Vectium ad se arcessit; ib. V, 114. hic ad evertenda rei publicae fundamenta Gallos arcessit; Catil. IV, 13. qui ... ad opprimendam rem publicam Brundisio legiones arcessierit; Phil. VI, 8.

ascendo: multis ille quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad hoc regium nomen ascendit; Deiot. 27.

ascisco: nemo ... fuit quem non ad hoc incredibile sceleris foedus asciverit; Catil. II, 8.

ascribo: qui etiam ad extremum ascripserit REDIVIVA SIBI HABETO; Verr. I, 148. ad eum numerum clarissimorum hominum tuum quoque nomen ascripsit; ib. II, 110. ascribat ad iudicium suum ... meam ... sententiam; Rab. Post. 1. ascribi iussit in fastis ad Lupercalia: C. Caesari ..; Phil. II, 87.

aspiro: ut ad causam tantam ... quisquam subscriptor me invito aspirare possit; div. Caec. 51. cum tu non modo ad eum [Ciceronem] ... non modo, inquam, ad eum numquam aspirasti, sed ..; Piso 11. [. accedo; div. Caec. 20. Verr. I, 142.

[astringo: qui ad statuam astrictus est; Verr. IV, 92].

attendo: attendite animos ad ea, quae consequuntur; leg. agr. II, 38.

attinet: quod ad me attinet; Sex. Rosc. 90. 120. 122. Verr. I, 21. Cluent. 4. Piso 82. id quod ad me nihil attinet; Sex. Rosc. 124. nihil ad me attinet; Quinct. 71. Verr. I, 61. leg. agr. II, 28. studio, quod ad agrum colendum attinet; Sex. Rosc. 48. quod ad eam civitatem attinet; Verr. II, 15. QUOD AD PRAETORIS EXISTIMATIONEM ATTINET; Verr. III, 154. quod ad exsilium attinet; Caecin. 100.

attraho: ea me ad hoc negotium provincia attraxit; Verr. II, 1.

attribuo: pecunia ... ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa; Verr. III, 165. cui ad sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum; Catil. III, 14. quaestores .. urbanos ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere iubeant; Phil. XIV, 38.

aufero: qui tamen signa atque ornamenta ... non ... domum deinde atque ad suas villas auferebant; Verr. IV, 6.

avoco: ab industria plebem ad desidiam avocari putabant; Sest. 103.

caedo: „virgis ad necem caedetur"; Verr. III, 69. virgis te ad necem caedi necesse erit; ib. 70. neque (deorum mentis) ad scelus perficiendum caesis hostiis posse placari; Cluent. 194.

capio: locus opportune captus ad eam rem; Sex. Rosc. 68.

carpo: certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam non oportet; Cluent. 129.

caveo: satis cautum tibi ad defensionem fore, si ..; Verr. I, 88.

clausus: nihil tam clausum ad exitum ..., nihil tam tutum ad custodiam nec fieri nec cogitari potest; Verr. V, 68.

cogo: te ad statuas HS viciens ||tricies|| coëgisse; Verr. II, 165. a civitatibus pecuniam ad emendum frumentum cogere; ib. III, 173. pecunia coacta est ad agros emendos; leg. agr. I, 15.

cohortor: vos ad rem publicam *defen*dundam *cohort*arer; Rabir. 35. vos ... ad suffragia cohortandos ... putavi; ib. ad me conservandum vos cohortati sunt; Quir. 16. vos ... ad eam rationem ... cohortabor; Sest. 136. ut te ad istum cursum tenendum ... cohortentur; Planc. 52. quod C. Caesar ... milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit; Phil. V, 46. quod .. nos ad honorandum Ser. Sulpicium cohortatus es; ib. IX, 3. ausus est ... populum Romanum ad servitutem cohortari; ib. XIII, 31.

commendo: reliqua Ser. Sulpicii vita multis erit praeclarisque monimentis ad omnem memoriam commendata; Phil. IX, 10.

commeo: quae (navis) ... ad ea furta, quae reliquisses, commearet; Verr. V, 46.

commodo: adulescentem ... nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum; Verr. IV, 91.

commoror: unam illam noctem solam praedones ad Helorum commorati; Verr. V, 95.

commuto: qui ad perniciem innocentis fidem suam et religionem pecunia commutarit; Cluent. 129.

comparo: ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem compararent; Sex. Rosc. 28. quae ... compararat ... ad invitationes adventusque nostrorum hominum; Verr. II, 88. quae iam diu ad salutem sociorum ... composita comparataque essent; ib. III, 21. hoc tibi defensionis ad iudicium tuum comparabas; ib. 32. quod ad hoc crimen ... improbissima confessio comparatur; ib. 188. ad magnitudinem frigorum et tempestatum vim ... praeclarum hoc sibi remedium compararat; ib. V, 26. te ... ad fructus deportandos onerariam navem comparare; ib. 46. non eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari; Tull. 18. legem ad illius opes evertendas tamquam machinam comparari; leg. agr. II, 50. quid ego ad id longam orationem comparem? Rabir. 8. malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare; Catil. I, 32. cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium praeiudicii comparasti? Plant. 55. plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum; Milo 64.

compello: „nondum res ipsa ad eius modi praesidia viros bonos compellebat"; Sest. 84. qui ad illa arma fato sumus ... compulsi; Marcell. 13.

complector: complecti vis amplissimos viros ad tuum et Gabinii scelus; Piso 75.

compono: verba ad religionem deorum immortalium composita; dom. 123. v. comparo; Verr. III, 21.

comporto: haec nemo dubitabat quin ... ad istum comportari necesse esset; Verr. II, 46. ut ... omne argentum ... ad se comportari iuberet; ib. IV, 50.

concedo: quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum; Arch. 13. ut ... multa etiam ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sint; dom. 45.

concito: cum operis ... ad diripiendam urbem concitatis; Sest. 38.

concupisco: haec iste ad insaniam concupiverat; Verr. II, 87. quam (urbem) ille ad explendas egestates latrocinii sui concupivit; Phil. XIV, 10.

concurro: non statim ad C. Aquilium aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses? Quinct. 53. concurritur undique ad istum Syracusas; Verr. II, 133. ad fanum ex urbe tota concurritur; ib. IV, 95. concurrit ad me maxima multitudo; ib. 146. omnes .. ad pericula propulsanda concurrimus; Muren. 45. ut ... ad opem praesidiumque concurrerent; ib. 52. concurrendum ad curiam putaretis; Rab. Post. 18. ut ad me restituendum Romam concurrerent; Milo 39. ad eum statim concursum est; Ligar. 3. concurritur undique ad commune inceudium restinguendum; Phil. X, 21.

conduco: ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam ... conduceret; prov. cons. 9.

confero: hic ... se ad eum lanistam contulit; Sex. Rosc. 17. sese ad Caeciliam ... contulit; ib. 27. cum ipse se ad inimicos tuos contulit; Verr. I. 77. quam ob rem censores ad statuam tibi conferebant? ib. II, 137. pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt; ib. 141. sese ad statuas tuas pecuniam ... contulisse; ib. 148. aratores tibi ad statuam honoris tui causa voluntate sua contulisse; ib. 151. eos ... ad istius honores atque monumenta pecunias voluntate sua non contulisse; ib. 152. hos homines ... ad honorem atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse; ib. 157. qui tibi ad statuas pecunias contulerunt; ib. III, 180. ad eum se exsules ... contulerunt; ib. IV. 30. tu supplicia ... ad tuum, non ad rei publicae tempus conferes? ib. V, 77. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit; imp. Pomp. 9. regem ... ad alios se reges atque ad alias gentis supplicem contulisse; ib. 21. qui se ad patronum illum contulisset; Cluent. 109. si sua studia ad honores petendos conferre voluissent; ib. 153. cum ... se ad C. Quinctium contulisset; ib. 175. confer te ad Manlium; Catil. I, 23. qui non ... quantum potest conferat ad salutem voluntatis; ib. IV, 16. ad Murenam se statim contulerunt; Muren. 52. ex hoc aetatis gradu se ad exercitum C. Flacci patrui contulit; Flacc. 5 (§. 51). ad eius honores conlatam ... pecuniam recte abstulit; ib. 59. ut primum ... ab eis artibus ... se ad scribendi studium contulit; Arch. 4. numquam se ad earum studium contulissent; ib. 16. cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam; ib. 19. „quoniam te ad populum contulisti"; dom. 4. te ad tuum adfinem ... contulisti; ib. 134. qui ludos ad luctum conferre voluit; har. resp. 23. ad cotidianam caedem, incendia, rapinas se cum exercitu suo contulit; Sest. 88. te ... ad communem ambitus causam contulisti; Planc. 47. contulit se ad eius competitores; Milo 25. ut ... videantur di immortales ... omnem spem salutis ad clementiam victoris et sapientiam contulisse; Marcell. 18. omnia oratio ad misericordiam tuam conferenda est; Ligar. 1. nisi te ad arma Caesaris contulisses; Phil. II, 53. cum .. legio Martia ... sese .. ad senatus auctoritatem populique Romani libertatem contulerit; ib. III, 39. qui se ad senatus auctoritatem. ad libertatem vestram, ad universam rem publicam contulerunt; ib. IV, 5. equitatus ... sese .. ad Brutum contulit; ib. X, 13. legio Martia et legio quarta ita se contulerant ad auctoritatem senatus et rei publicae dignitatem, ut ..; ib. XI, 20. qui ... se ad rem publicam contulerunt; ib. 24. milites ... se ad hostem ... contulerunt; ib. XIII, 35. haec (legio) se ad Caesarem contulit; ib. XIV. 31.

confirmo: ego .. me ad omnia confirmavi et sic paravi, ut ..; Cluent. 88.

confluo: ut ad nos pleraeque (causae) confluant; Planc. 84.

confugio: confugit ad C. Flaccum; Quinct. 28. non turpis ad te, sed miser confugit; ib. 98. ad cuius igitur fidem confugiet? Sex. Rosc. 116. ad arbitrum confugiunt; Qu. Rosc. 13. ad quos (deos) confugerent; div. Caec. 3. ad meam fidem ... confugiunt; ib. 11. civitates ... ad vim atque ad arma confugient; Verr. I, 78. cum coëgeris homines ... ad vim, ad manus, ad arma confugere; ib. 82. ut numquam ante hoc tempus ad aram legum praesidiumque vestrum ... confugerint; ib. II, 8. ad quem Dio confugit? ib. 24. idem ad vos privatim, iudices, confugit; ib. IV, 17. ut ... ad bellum fugitivorum confugias; ib. V, 39. ad populum Romanum confugient? ib. 126. ad vos confugiunt; ib. 127. ad Cn. Pompeium ... permulti ... ex illo Sertoriano numero militum confugerunt; ib. 153. qui adfecti iniuriis ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt; Font. 33. si ad interdicti sententiam confugis; Caecin. 83. qui ab iure, officio, [bonis] moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit; ib. 93. confugiunt quasi ad aram in exsilium; Caecin. 100. illum diffidentem rebus suis ad Staienum atque ad pecuniam confugisse; Cluent. 20. sic ad omnia confugi; ib. 51. ad Caepasios fratres confugit; ib. 57. se cum ... ceteris ad mortem propter vitae turpitudinem confugientibus congregare; Rabir. 21. supplex ad vos, iudices, confugit; Sulla 88. C. Marium ... ad infimorum ac tenuissimorum hominum [Minturnis] misericordiam confugisse; Sest. 50. te ad auxilium nefarium confugisse; Vatin. 34. non potero equidem disputare, sed ad horum fidem et mansuetudinem *confugere*, *ad ius iurandum iudicum*, *ad* populi Romani *aequitatem*; Scaur. 17. ad clementiam tuam confugio; Ligar. 30.

congero: ad quem cum di atque homines omnia ornamenta congessissent; Deiot. 12.

congrego: impii cives unum se in locum, ad illam curiam ... congregabant; Phil. XIV, 15.

magistrum: at vero adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem ..., salsum omnino hominem; Phil. II, 42.

manus: adhibeant manus vectigalibus vestris, inrumpant in aerarium; leg. agr. II, 47.

matres: tu sociorum atque amicorum ad ea convivia matres familias adhibuisti; Verr. V, 137.

medicinam: nonne fuit eo maior adhibenda medicina quae et illud nativum et hoc a te fictum ‖delictum‖ malum sanare posset? dom. 12. ut aliquando essetis severi, aliquando medicinam adhiberetis rei publicae; Sest. 135.

misericordiam: adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in rei publicae salute sapientiam, quam soletis; Rabir. 5.

moderationem: adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi; leg. agr. II, 2.

modum: non fuit illud igitur iudicium iudicii simile ..., in quo non modus ullus est adhibitus; Cluent. 96.

mulieres: itaque non nullae (mulieres) ex eo numero in convivium adhibebantur palam; Verr. V, 28.

orationem: utinam ... aliqua talis eis adhiberi publice posset oratio, qua deponerent maerorem; Phil. XIV, 34.

oratorem: nam si causae ipsae pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem: nunc adhibemur, ut ea dicamus, ... quae ..; Cluent. 139.

patronum: ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur; Cluent. 57.

pontificem: neque pontificem adhibere (potuisti) quem velles; dom. 48. ſ. adulescentem.

praetores: fit senatus consultum, ut C. Marius L. Valerius consules adhiberent tribunos plebis et praetores quos eis videretur; Rabir. 20. adhibent omnis tribunos plebis praeter Saturninum, *praetores* praeter Glauciam; ib.

principes: ad deliberationes eas, quas habebat domi de re publica, principes civitatis adhibebat; Phil. I, 2.

privatos: interea non desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam adhibere; leg. agr. II, 12.

propinquos: non omnes omnium propinqui adhibebantur? Verr. V. 120.

rationem: ſ. moderationem.

res, res gestas: ſ. auris.

rhetorem: ſ. magistrum.

sapientiam: ſ. misericordiam.

scalpellum: non ea est medicina, cum sanae parti corporis scalpellum adhibetur atque integrae; Sest. 135.

simulationem: ita res agatur, ut ne simulatio quidem aequitatis ulla adhibeatur? Verr. II, 43.

socios: ſ. florem.

studium: ſ. auris.

supplicium: neque Antonius (mihi quidem videtur) ullius supplicii adhibendi, si potestatem habeat, ullam esse partem relicturus; Phil. XI, 6.

tibicinem: bona Q. Metelli ... consecravit, foculo posito in rostris adhibitoque tibicine; dom. 123.

tribunos: ſ. praetores.

vim: adhibenda vis est veritati; Quinct. 47. nulla res tanta exsistet, iudices, ut possit vim mihi maiorem adhibere metus quam fides; Sex. Rosc. 31. si hanc vim adhibes, quid opus est iudicio? Verr. III, 34. prohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem; ib. 37. mitto adhibitam vim ingenuis; ib. IV, 116. ut non dubium sit quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi, cuius corpus volneratum sit; Caecin. 42. qui non modo ut fugerent, sed etiam ipsius fugae tutam viam quaesiverunt, his vis adhibita non videbitur? ib. 44. necesse est ... neminem statui detrusum, qui non adhibita vi manu demotus et actus praeceps intellegatur; ib. 49. haec si tecum ... patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Catil. I, 19. ſ. diligentiam; Cluent. 118.

vincla: ſ. carnificem.

virum: adhibentur in scribendo ‖in exscribendo‖ de conventu viri primarii; Verr. II, 189. nullo adhibito non dicam viro ..., sed bono viro, in filii caput quaestionem habere conata es? Cluent. 182.

voluntatem: ſ. vim; Verr. III, 37.

voluptatem: tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis voluptatibus? Muren. 74.

II. **mit doppeltem Accusativ**: alqm — arbitrum: huic ego, iudices, satis facere cupio vosque adhibere arbitros; Muren. 7. — patronum: cum videremus eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus; Sulla 13. — principem: hunc in omnibus stupris, hunc in fanorum expilationibus, hunc in impuris conviviis principem adhibebat; Verr. III, 23.

homines — duces, adiutores: cum ad suum scelus illud furtumque nefarium quosdam homines improbos duces atque adiutores adhibuisset; Verr. IV, 93.

Iovem — testem: se ... testem .. ipsum Iovem suae voluntatis ac religionis adhibere; Verr. IV, 67.

servum — accusatorem: ille adiutorem servum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem adhibuisti; Deiot 31.

Siciliam — testem: ut ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possem; Verr. V, 139.

adhinnio, anwiehern: admissarius: itaque admissarius iste ... nihil expiscatus est: ... sic ad illius hanc orationem adhinnivit, ut ..; Piso 69.

adhortor, ermuntern, antreiben: I. **absolut**: habet autem magistros non ex istis ineptis, ... qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda adhortantur, sed ..; sen. 14.

II. **mit Object**: alqm: nam me cum amicitiae vetustas, cum dignitas hominis, cum ratio humanitatis, cum meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata, tum vero ..; Rabir. 2. in quo demiror cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ultro mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus; Phil. II, 49. cum me ad te ire vellent, ut ad defendendam rem publicam te adhortarer; ib. 69. at enim nos M.

Lepidus, imperator iterum, pontifex maximus, ... ad pacem adhortatur; ib. XIII, 7.

milites: faciam igitur, ut imperatores instructa acie solent, quamquam paratissimos milites ad proeliandum videant, ut eos tamen adhortentur; Phil. IV, 11.

adhuc, bisher bis jetzt: I: **beim Präsens:** cado: verum hoc adhuc percommode cadit, quod ..; Verr. a. pr. 5.

constat: video adhuc constare, iudices, omnia; Milo 52.

desum: tibi vero ... intelleges hominum poenas deesse adhuc, non deorum; har. resp. 38.

habeo: formam adhuc habetis, Quirites, et speciem ipsam tyrannorum; leg agr. II, 32. nullum igitur habes, Caesar, adhuc in Q. Ligario signum alienae a te voluntatis; Ligar. 6.

ignoro: quod adhuc vos ignorare non mirum est; Sex. Rosc. 5.

possum impetrare: „ego iam pridem ab eo ... peto ut mecum praefectus proficiscatur et adhuc impetrare non possum;" Verr. II, 29.

sum: id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit; Sex. Rosc. 18. est adhuc, id quod vos omnis admirari video, non Verres, sed Q. Mucius; div. Caec. 57. adhuc parum est; Verr. III, 221. ergo adhuc Iunii iudicium video esse eius modi, ut ..; Cluent. 103. agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium et potestas more maiorum debet esse; leg. agr. II, 52. video adhuc duas esse sententias; Catil. IV, 7. poena, in qua adhuc Q. Ligarius est; Ligar. 13. „quibus adhuc omnia integra sunt;" Phil. XIII, 34.

vaco: adhuc, C. Caesar, Q. Ligarius omni culpa vacat; Ligar. 4.

vereor: ergo adhuc magis est mihi verendum ne ..; prov. cons. 42.

II. **beim Perfect:** accidit: cum ei nihil adhuc praeter ipsius voluntatem cogitationemque acciderit, nisi quod ..; Catil. II, 16.

egi: gravius agerem, iudices, quam adhuc egi; Flacc. 60.

audivi: ego ipse haec, ... quae adhuc numquam audistis, commemorabo; Verr. V, 9. vos, quaeso, ut adhuc me attente audistis, ut item, quae reliqua sunt audiatis; Cluent. 66.

carui: isto enim nomine illa adhuc causa caruit; Ligar. 17.

completus sum: neque est adhuc tamen ea summa completa; Flacc. 32.

confessus sum; equidem hoc adfirmo ... neminem umquam adhuc de se esse confessum; Rabir. 23.

conservavi: me salvum adhuc res publica conservavit sibi; Phil. XII, 24.

consumptus sum: si neque adhuc consumpta est ista pecunia et est perspicuum non consumptum iri; Verr. II, 142.

contemptus sum: qui ordo a vobis adhuc solis contemptus est; Verr. IV, 26.

contendi: etenim adhuc ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ..; imp. Pomp. 8.

damnatus sum: vident adhuc post legem tribuniciam unum senatorem *hominem* vel tenuissimum esse damnatum; Verr. a. pr. 46.

datus sum: adhuc enim testes ex eo genere a me sunt dati, non qui ..; Verr. V, 165.

defendi: ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat? Quinct. 43.

destiti servire: populo Romano adhuc servire non destitit, sibi servire iam pridem destitit ‖desiit‖; Qu. Rosc. 23.

dictus sum: omnia, quae a me adhuc dicta sunt; imp. Pomp. 51. tametsi adhuc non esse hoc dictum mementote; Cluent. 183. de quibus (provinciis) adhuc intellego sententias esse dictas; prov. cons. 3.

disputatus sum: quae sunt adhuc a me de iure dedicandi disputata; dom. 138.

divisus sum: ne praedam quidem adhuc esse divisam; div. Caec. 34.

elusi: a pueris nobilibus, quos adhuc elusit; div. Caec. 24.

feci: quod adhuc nemo nisi improbissimus fecit; Verr. III, 219. nunc eadem illa, quaeso, audite et diligenter, sicut adhuc fecistis, attendite; ib. IV, 102. haec dum breviter expono, quaeso, ut fecistis adhuc, diligenter attendite; ib. V, 42. sive vos existimationis illius periculum sive iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandum; Caecin. 9. feci adhuc quae potui; leg. agr. II, 49. multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6. deinde a vobis ... peto, ut ... benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis; Phil. I, 15. aget ipse per sese, ut adhuc quoque fecit; ib. XI, 26. velim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis; ib. XIII, 22.

fugi: sed quoniam adhuc praesens certamen contentionemque fugerunt; leg. agr. III, 1.

fui: neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra illos obtineremus; Quinct. 34. unus adhuc fuit post Romam conditam ... cui res publica se totam traderet; Verr. III, 81.

habui: ut adhuc habuit se status iudiciorum; Verr. III, 205.

inveni, inventus sum: cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque ..; Quinct. 71. itaque hoc adhuc oppidum Verres invenit prope solum in orbe terrarum, unde ..; Verr. II, 88. ego autem qui intellegeret quid dicere vellet adhuc neminem inveni; Phil. III, 21.

laudatus: quae sunt maxima illa quidem, sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata; Phil. V, 35.

mandavi: quos adhuc mihi magistratus populus Romanus mandavit; Verr. V, 35.

movi: quos adhuc servi designatorum consulum non moverunt; Verr. a. pr. 53.

nominatus sum: nulli enim (testes) sunt adhuc nominati; Cael. 63.

obtrectatum est: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam anne Pompeio, an utrique; imp. Pomp. 57.

potui cognoscere, cognosci: te adhuc a nullis nisi ab Siculis potuisse cognosci; div. Caec. 28. iam hic [Timarchides] quantam pecuniam fecerit plane adhuc cognoscere non potuistis; Verr. II, 133. — dubitare: quod si quis dubitare adhuc potuit quin ..; Phil. XIII, 22. — excogitare: neque adhuc causam ullam excogitare potuit quam ob rem ..; Verr. I, 70. — reperiri: cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; Quinct. 10.

prohibui: hoc aditu laudis ... non mea me voluntas adhuc, sed vitae meae rationes ... prohibuerunt; imp. Pomp. 1.

reverti: quaesivi quem ad modum revertissent: negavit adhuc revertisse; Verr. IV, 27.

fui: s. oben.

suscepi: non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ..; imp. Pomp. 7.

tractus sum: unde est adhuc bellum tractum nisi ex retardatione et mora? Phil. V, 30.

tributus sum: quod, quaeso, adhuc a me est tributum Hirtio ornamentum? Phil. XIII, 41.

valui: ut adhuc semper omen valuerit praerogativae ‖praerogativum‖; Muren. 38.

veni: cupidissimi veniendi, maximis iniuriis adfecti, adhuc non venerunt; Verr. II, 65.

vidi: hos enim nos duos adhuc vidimus qui ..; leg. agr. II, 89.

vindicatum: improbum facinus ..., sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum; Verr. III, 194.

visus sum: mea lenitas si cui adhuc solutior visa est, hoc exspectavit, ut ..; Catil. II, 27.

vitavi: quod spectaculum adhuc ipsa Fortuna vitavit, ne ..; Phil. XIII, 40.

ultus sum: res publica, quae se adhuc tantum modo ulta est, nondum recuperavit; Phil. II, 113.

III. **ohne Verb:** scelus tu illud vocas, Tubero? ... alii errorem appellant, alii timorem ...: scelus praeter te adhuc nemo; Ligar. 17.

Pūdet: nihil adhuc m . ..; Tull. 15.

adicio, hinzufügen, zulegen, zuwenden: I. **absolut:** liciti sunt usque adeo, quoad se efficere posse arbitrabantur: supra adiecit Aeschrio; Verr. III, 77.

II. **mit Object:** hordei numerum: *hordei* iste numero ad summam tritici adiecto tritici modios singulos cum aratoribus ternis denariis aestimavit; Verr. III, 188.

oculum: plane videbant adiectum esse oculum hereditati; Verr. II, 37. cum ad omnia vestra pauci homines [cupiditatis] oculos adiecissent; leg. agr. II, 25.

adigo, nöthigen, verpflichten: alqm: id autem ut esset faciundum non ademptione civitatis, sed tecti et aquae et ignis interdictione adigebantur ‖faciebant‖; dom. 78.

alqm — arbitrum: cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium quaero; Qu. Rosc. 25. *si te Scaurus arbitrum adegisset;* Scaur. 45.

adimo, nehmen, entziehen: I. **absolut:** sed tamen imbibit ‖inhibet‖ illis legibus spem non nullam, cui ademptum ‖ademptus‖ est, aliquem scrupulum, cui datum ‖datus‖ est; leg agr., III, 6. vgl. modios.

II. **mit Object:** alqm: nolite adimere eum, cui rem publicam cupio tradere incolumem; Muren. 80.

alqd: cum ademerit nobis omnia, quae nostra erant propria; Sex. Rosc. 150. quibus multa fortuna ademisset; Verr. IV, 46. cum iste a Syracusanis, quae ille calamitosus dies reliquerat, ademisset; ib. 151. omnia ista vobis, si forte nondum intellegitis, adempta atque erepta sunt; ib. V, 175. hic, quod adimi nullo pacto potest, tamen ‖potestate‖ quadam ratione eripere conatur; leg. agr. II, 19. id, quod ei ‖et‖ tenebant, quibus adimi iure non poterat, coëmerunt; ib. 81. quod viro forti adimi non potest, id mihi manet et permanebit; Quir. 19. ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit, ut ..? Vatin. 35. sed fac id te dedisse mihi, quod non ademisti, meque a te habere vitam, quia non a te sit erepta; Phil. II, 60. „Massiliensibus iure belli adempta redditurosque vos pollicemini;“ ib. XIII, 32.

acumen: tribuo illis (Graecis) litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; Flacc. 9.

aditum: illi aditum litoris Syracusanis ademerunt: tu imperium maritimum concessisti; Verr. V, 85.

agrum: si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent; leg. agr. II, 88. si senatum et magistratus ‖magistratum‖ sustulissent agrumque civibus ademissent; ib. 90. hac lege agraria, quae promulgata est ‖sit‖, adimi Sullanos agros vobisque dividi; leg. agr. III, 3. populus Romanus L. Sulla dictatore ferente comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit; ademit eisdem agros; dom. 79.

aquam: nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente caelum, solem, aquam terramque ademerint? Sex. Rosc. 71.

benevolentiam: ademit Albino soceri nomen mors filiae, sed caritatem illius necessitudinis et benevolentiam non ademit; Sest. 6.

benignitatem: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quae liberalitatem magis significat quam largitionem; Muren. 77.

bona: pater occisus nefarie, domus obsessa ab inimicis, bona adempta, possessa, direpta; Sex. Rosc. 30. quibuscum vivi bona nostra partimur, eis praetor adimere, nobis mortuis, bona fortunasque poterit? Verr. I, 113. tutoribus defendentibus non modo patrias eius fortunas, sed etiam bona tutorum una ‖tutorum‖ ademisti; ib. 146.

caelum: ſ. aquam.

caritatem: ſ. benevolentiam.

civitatem: nihil rationis adfers, quam ob rem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit; Caecin. 96. si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest; ib. non posse nostrum sacramentum iustum iudicari quod Arretinis adempta civitas esset, [et] (cum) ego vehementius contendissem civitatem adimi non potuisse; ib. 97. quem ad modum, si civitas adimi non possit, in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint; ib. 98. quod si maxime hisce rebus adimi libertas aut civitas potest, non intellegunt, qui haec commemorant, si per has rationes maiores adimi posse voluerunt, alio modo noluisse? ib. 99. non adimitur eis civitas, sed ab eis relinquitur atque deponitur; ib. 100. ut omnes intellegerent nec ademptam cuiquam civitatem esse neque adimi posse; ib. 101. neque enim ratio adferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit; ib. quod si adimi civitas A. Caecinae lege potuisset; ib. 102. qui huic ademptam civitatem esse dicat; ib. consulari homini P. Clodius, eversa re publica, civitatem adimere potuit concilio advocato? dom. 79. ſ. agrum; dom. 79.

clavis: illam suam ‖† suam, *mimam*‖ suas res sibi habere iussit, ex duodecim tabulis clavis ademit, exegit; Phil. II, 69.

comperendinatum: adimo enim comperendinatum; Verr. I, 26.

copiam: ſ. acumen.

dolores: quam (vitam) si eripuisset, multos uno dolores ‖uno dolore dolores, al.‖ animi atque corporis et omnis scelerum poenas ademisset; Catil. IV, 8.

exercitum: aut exercitus adimendus aut imperium dandum fuit; Phil. XI, 20.

facultatem: nunc vero iam adempta est non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas; Verr. V, 127.

fortunas: minus illa deos hominesque implorante iste infanti pupillae fortunas patrias ademit; Verr. I, 153. ſ. bona; Verr. I, 113. 146.

fructum: sed hunc fructum mature fortuna ademit; Caecin. 12.

glebam: si ostendo non modo non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed ..; leg. agr. III, 3.

hereditatem: qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virgini neque mulieri; Verr. I, 107.

hominem: hominem P. Quinctii deprehendis in publico: conaris abducere. non patitur Alfenus; vi tibi adimit; Quinct. 61.

honorem: ne ... Herodoto praesenti honos adimeretur; Verr. II, 128.

ignominiam: libenter reddiderit (lucis hanc usuram) adempta ignominia foedissimi criminis; Sulla 90.

imperium: tu propter amorem libidinemque tuam imperium navium legato populi Romani ademisti, Syracusano tradidisti; Verr. V, 137.

indicia: qui ... edicto .. suo non luctum patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint; Planc. 87.

leporem: ſ. acumen.

libertatem: iam populus cum eum vendit, qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed ..; Caecin. 99. quod eidem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses; dom. 22. ſ. civitatem; Caecin. 96. 99.

luctum: ſ. indicia.

mancipia, merces: navibus, mancipiis, mercibus ademptis, in vincla mercatores esse coniectos ... arguo; Verr. V, 149.

misericordiam: quae (crudelitas) ... etiam hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum; Sex. Rosc. 154.

modios(?): hoc nomine videtis tritici modium clxclxclx de capite esse dempta ... .utrum impudentius ab sociis abstulit? an turpius meretrici dedit? an improbius populo Romano ademit? Verr. III, 83.

navis: ſ. mancipia.

nomen: clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, imperatorium nomen adimemus? Phil. XIV, 12. ſ. benevolentiam.

partem, partis: quibus illi urbis suae partem ademerunt, eis tu nostri imperii partem dedisti? Verr. V, 85. quamquam in hac praescriptione semihorae patroni mihi partis reliquisti, consulis ademisti; Rabir. 6.

pecuniam: pecuniam si cuipiam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria; Quinct. 49.

poenas: ſ. dolores.

possessionem: das possessionem ei, qui non iuravit: concedo; praetorium est. adimis tu ei, qui iuravit: quo exemplo? Verr. I, 124. „mihi det possessionem“ „mihi ne adimat;“ ib. 137.

potestatem: cum .. vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit; Quinct. 8. cur his non modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandae calamitatis adimis potestatem? div. Caec. 21. hic tribunus plebis legi curiatae ‖lege curiata‖, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem; leg. agr. II, 30.

praesidium: qua re ‖quod‖ qui ab illo abducit exercitum et respectum pulcherrimum et praesidium firmissimum adimit rei publicae; Phil. X, 9.

regna: eum (occidi), qui regna dedit, ademit, orbem terrarum quibuscum voluit partitus est; Milo 73.

respectum ſ. praesidium.

solem: ſ. aquam.

spem: idem Cretensibus ... spem deditionis non ademit obsidesque imperavit; imp. Pomp. 35.

terram: ſ. aquam.

vectigalia: „vectigalia Iuliana Lupercis ademistis“; Phil. XIII, 31.

vitam: sin .. vitam mihi fors ademisset; Planc. 101. quod est aliud ... beneficium latronum, nisi ut commemorare possint eis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Phil. II, 5. reddite igitur, patres conscripti, ei vitam, cui ademistis; ib. IX, 10.

adipiscor, erreichen, erlangen: I. **abſolut: ſubſtantiviſch:** spes: accusandi terrores et minae ... populi opinionem a spe adipiscendi avertunt; Muren. 48.

via: haec omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsaepiebant; Muren. 48.

II. **mit Ergänzungsſatz** (ut, ne): per quos illi adepti sunt ut ceteros dies festos agitare possent; Verr. II, 51. vos adepti estis ne quem civem metueretis; Milo 34.

III. **mit Object:** alqd: sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere; Sex. Rosc. 6. nisi hoc mirum est, quod vis divina adsequi non possit, si id mens humana adepta non sit; ib. 131. iste enim haec eos ex piratarum societate adeptos esse dicebat; Verr. V, 146. quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt, adepti; Catil. II, 19. non vident id se cupere, quod si adepti sint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse? ib. me ... satis adeptum fore, si ex hoc ... beneficio nullum in me periculum redundarit; Sulla 27. an quod adipisci poterant dicendo, id eis pugnando adsequi non licebat? Balb. 54. ipsam victoriam vicisse videris, cum ea, quae illa erat adepta, victis remisisti; Marcell. 12. quo duce omnia summa sit adeptus; ib. 21.

bona: ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quae ille adeptus est, ut multis prodesse possit ‖posset‖; Muren. 58.

civitatem: cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse; Balb. 30. quod si Afris, si Sardis, si Hispanis agris stipendioque multatis virtute adipisci licet civitatem ..; ib. 41.

consulatum: hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus a filio petebatur; Muren. 15. qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus adferat dignitatis rei militaris quam iuris civilis gloria? ib. 22. et hanc eius operam non minus ad consulatum adipiscendum quam hanc nostram forensem industriam dignitatis habuisse; ib. 34. huic mirandum est magno adiumento Catilinae subitam spem consulatus adipiscendi fuisse? ib. 53.

dignitatem: qui ullam dignitatem praestabiliorem ea, quam per vos esset adeptus, putarit; prov. cons. 38.

gloriam: at vero huius gloriae, C. Caesar, quam es paulo ante adeptus, socium habes neminem; Marcell. 7.

honorem: estne Sthenius is, qui omnis honores domi suae facillime cum adeptus esset, amplissime ac magnificentissime gessit? Verr. II, 112. postea Q. Pompeius ... nonne plurimis inimicitiis maximisque suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus? ib. V, 181. qui a me pro ... summis .. honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur; Cluent. 118. honoris eius, quem adeptus est, amplitudo; Muren. 8. vidit ... L. Volcatium, vidit M. Pisonem ista in aedilitate offensiuncula accepta summos a populo Romano esse honores adeptos; Planc. 51. quaesisti utrum mihi putarem ... faciliorem fuisse ad adipiscendos honores viam an futuram esse filio meo; ib. 59. ne forte ille sibi me potius peperisse iam honores quam iter demonstrasse adipiscendorum putet; ib.

immortalitatem: immortalitatem quandam per vos esse adepti videmur; sen. 3.

impunitatem: felix ista domus quae non impunitatem solum adepta sit, sed etiam accusandi licentiam; Deiot. 29.

laudem: nihil ex fugitivorum bello aut suspicione belli laudis adeptus est, quod ..; Verr. V, 42. ex qua (civitate) innumerabiles alii partim adipiscendae laudis, partim vitandae turpitudinis causa mortem ... oppetissent; Sest. 48. an Ti. Gracchus ... tantam laudem est adeptus, quod ..? prov. cons 18. quod non tam ad laudem adipiscendam quam ad vitandam vituperationem valet; ib. 44.

licentiam: ſ. impunitatem.

magistratus: qui per largitionem magistratus adepti sunt; Verr. II, 138. ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convolsuri viderentur; Piso 4.

ordinem: nam princeps legationis Lysanias adeptus est ordinem senatorium; Flacc. 43.

potestatem: haec appellare iudicia, quae ... ab eis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari ... videatis? Cluent. 122.

praemia: nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini, † sic et si ceperis eos ‖exceperis eos, al.‖ cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti et ingrati; Muren. 8. praemia quidem ipsa non sunt in eius facto, qui adeptus est, sed in eius, qui dedit; Balb. 6.

provinciam: ab isdem .. se ... provinciam sperare dicebat; eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur; Sest. 18.

res: mihi ... iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus eis, quas adeptus sum quasque gessi; Phil. II, 119.

victoriam: quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam tanta scelera ... fecerit? Phil. III, 30.

aditus, Zutritt, Zugang: I. **abſolut**: 1. **Subject**: defendunt: huius amplissimis donis ornati aditus Iovis Optimi Maximi, Iunonis Reginae, Minervae M. Scaurum apud *vos ... ab omni avaritiae ... suspicione defendunt;* Scaur. 47.

est: non enim ad omnis praetorum filios eidem aditus sunt; Verr. III, 159. aditus enim in id sacrarium non est viris; ib. IV, 99. in eum autem ipsum locum aditus erat nemini, nisi qui ..; ib. V, 30. quod ab illa parte urbis navibus aditus ex alto est; ib. 84. non est aditus ad huiusce modi res neque potentiae cuiusquam neque gratiae; Caecin. 72. sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus neque in curiam reditus esset; Cluent. 119. ibi enim postis est, ubi templi aditus est [valvae]; dom. 121. qui ei fuerit aditus: si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? Cael. 58. ac primus aditus et postulatio Tuberonis haec, ut opinor, fuit, velle se de Q. Ligarii scelere dicere; Ligar. 17. nullus aditus erat privato, nulla aequitatis deprecatio; Phil. V, 20. cui portas huius urbis patere ius non erat, huic hoc templum patuit, huic aditus in senatum fuit; ib. VIII, 28. — apertus: cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini; dom. 110. — arduus: ſ. II. intercludo; Verr. I, 136. — difficilis: scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, gravis voltus; Vatin. 8. — facilis: utrum aditum facilem hostibus an contagionem imitandi belli periculosam fuisse? Verr. V, 6. iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum ... esse dicuntur, ut ..; imp. Pomp. 41. quo constituto facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis; Muren. 14. — plenus: plenum est forum, plena templa circum forum, pleni omnes aditus huius templi ac loci; Catil. IV, 14.

patet: ad omnis eosdem patere aditus arbitratur; Verr. III, 156. ut aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret; Muren. 17. quaero cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi intercluſus esse debuerit; Sulla 4. ut ... aditus .. in illum summum ordinem omnium civium industriae ac virtuti pateret; Sest. 137. si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset; prov. cons. 34. ſ. II, 2. prohibeo; imp. Pomp. 1.

2. **Prädicat**: P. Clodio gradus ad rem publicam hic primus est aditus ad popularem iactationem atque ascensus; har. resp. 43.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: adimo: illi aditum litoris Syracusanis ademerunt; Verr. V, 85.

claudo: aditus omnis hominibus sine ulla facultate navium non modo disiunctus, sed etiam clausus fuit ‖est‖; Verr. V, 6. forum saepietur; omnes claudentur aditus; Phil. I, 25.

disiungo: ſ. claudo; Verr. V, 6.

do: date huic religioni aditum, pontifices; dom. 123.

exorno: Decimus quidem Brutus ... Accii ... carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum; Arch. 27.

facio: hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera factum ‖iactum‖ intellegetis; leg. agr. II, 38.

fugio: qui aditum huius loci conspectumque vestrum partim magno opere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt; leg. agr. II, 6. omnes aditum, sermonem, congressum tuum fugiunt; Sest. 111.

habeo: quod a tuam ipsius amicitiam ... faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia quam cuiusquam nostrum virtus et integritas; Verr. III, 7. qui (portus) cum diversos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur et confluunt; ib. IV, 117. quoniam ille demens ... aliquem se aditum ad auris vestras esse habiturum putavit; dom. 3.

intercludo: hisce aliqua fretus mora ‖fretum ora‖ semper omnis aditus ad Sullam intercludere; Sex. Rosc. 110. cum sibi omnis ad istum adlegationes difficilis, omnis aditus arduos ac potius interclusos viderent; Verr. I, 136. ſ. I. patet; Sulla 4.

munio: aditum sibi aliis sceleribus ante munivit; Cluent. 31.

obsideo: veni in aedem Telluris et quidem invitus, cum omnis aditus armati obsiderent; Phil. II, 89.

opto: tamen honorum aditus numquam illi faciliores optavi quam mihi fuerunt; Planc. 59.

patefacio: an lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu et virtute non potuit? Balb. 54.

praecludo: facile ostendam tua crudelitate in alios omnis tibi aditus misericordiae iudicum iam pridem esse praeclusos; Verr. V, 21.

prohibeo: si scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine; Cluent. 200. quo modo hostium aditus urbe prohibentur, ita ..; Phil. V, 9.

relinquo: volt enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur; Font. 20.

saepio: primum omnes fori aditus ita saepti, ut ..; Phil. V, 9.

sequor: ſ. fugio; leg. agr. II, 6.

teneo: omnia norat, omnium aditus tenebat; Catil. III, 16.

tollo: aditus templorum erant non solum praesidiis et manu, verum etiam demolitione sublati; sen. 32. cum ... templum, sublato aditu, revolsis gradibus, a coniuratorum reliquiis ... armis teneretur; Piso 23.

2. **Ablativ**: privo: „ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et limine“; Milo 75.

prohibeo: si te ... coacti homines et armati non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint; Caecin. 35. qui multitudine coacta non introitu, sed omnino aditu quempiam prohibuerit; ib. 39. hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me voluntas adhuc, sed vitae meae rationes ab ineunte aetate susceptae prohibuerunt; imp. Pomp. 1. magistratus templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur; Sest. 85. ut ego excluderer, omnesque, ... qui rem publicam salvam esse cupiebant, sermone atque aditu prohiberentur; Piso 76. Ti. Cannutium ... non templo solum, verum etiam aditu prohibere Capitolii; Phil. III, 23.

3. **mit Präpoſitionen**: conloco in: nam in ipso aditu atque ore portus ... tabernacula carbaseis intenta velis conlocabat; Verr. V, 30.

proicio in: quae (Insula) duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; Verr. IV, 118.

repello ab: tum ut modeste tibi agere liceret, homines audacis ab eius templi aditu atque ascensu reppulisti? dom. 54.

III. **nach Adjectiv**: dignus: nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum iudicavit; Cluent. 41. quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo luce dignum putet; Vatin. 2. quis enim te aditu, quis ullo honore, quis denique communi salutatione dignum putet? Piso 96.

IV. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: capi: Sinopen atque Amisum ... ceterasque urbis Ponti et Cappadociae permultas uno aditu adventuque esse captas; imp. Pomp. 21.

2. **Präpoſitionen**: ab: tota vero (Henna) ab omni aditu circumcisa atque directa est; Verr. IV, 107.

ex: nam et situ est (urbs) cum munito tum ex omni aditu, vel terra vel mari, praeclaro ad aspectum; Verr. IV, 117. patefactum ... esse Pontum, qui antea populo Romano ex omni aditu clausus fuisset; imp. Pomp. 21.

in: quanta illic ‖illuc‖ multitudo ... convenisse dicebatur tum, cum statuae sunt istius deiectae et eversae? at quo loco? celeberrimo ac religiosissimo: ante ipsum Serapim, in primo aditu vestibuloque templi; Verr. II, 160.

adiudico, zusprechen: Alexandriam, Aegyptum: volet esse popularis; populo Romano adiudicabit; leg. agr. II, 43.

agros: possidere agros in ora maritima regem Hiempsalem, quos P. Africanus populo Romano adiudicarit; leg. agr. II, 58.

legiones; quod si ipsa res publica iudicaret .... Antonione an Bruto legiones populi Romani adiudicaret? Phil. X, 12.

mulierem: iste in possessionem bonorum mulieris intrat; ipsam Veneri in servitutem adiudicat; div. Caec. 56.

regnum: qui sunt isti x viri, quos perspiciamus regnum Alexandriae Ptolemaeo gratis adiudicaturos? leg. agr. II, 44.

adiumentum, Hilfe, Hilfsmittel: I. **absolut:** sunt: ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot et tanta adiumenta huic honori ‖*honoris*‖ fuisse mirere; Planc. 27.

videntur parva: num tibi haec parva videntur adiumenta et subsidia consulatus? Muren. 38.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** addo: s. 3.

adfero: negas tribunatum Plancii quicquam attulisse adiumenti dignitati meae; Planc. 77.

exspecto: a Syracusanis prorsus nihil adiumenti neque publice neque privatim exspectabam; neque erat in animo postulare; Verr. IV, 137.

fero: tanto scelere astrictis hominibus statuerunt nihil a se adiumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere; Sulla 82.

ministro: „a nobis omnia populo Romano semper et belli adiumenta et pacis ornamenta ministrata sunt"; Verr. V, 124.

postulo: s. exspecto.

quaero: me hoc neque rogatu facere cuiusquam ... neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut praesidia periculis aut adiumenta honoribus quaeram; imp. Pomp. 70. fateor enim, Cato, me quoque in adulescentia diffisum ingenio meo quaesisse adiumenta doctrinae; Muren. 63.

2. **Dativ:** sum: ita quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit; Quinct. 4. ut nullam sibi rem adiumento fore arbitraretur; Verr. a. pr. 10. ubi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabellas sibi nullo adiumento futuras; ib. V, 103. pertimescit ne non modo ornamento et adiumento non sit suis, sed etiam ... dedecus aeternum miseris ... relinquat; Font. 48. hic vero ... viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis ... fuit; Muren. 12. huic mirandum est magno adiumento Catilinae subitam spem consulatus adipiscendi fuisse? ib. 53. illud peto, ut ... hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius ‖totius‖ quam impedimento esse malitis; Balb. 19. qui ordo quanto adiumento sit in honore quis nescit? Planc. 23. quod saepe audivi patri tuo Curtio magno adiumento in iudicio capitis fuisse ‖tuo cui id m. a. fuisset in i. c. fuisse, fuisset‖; Rab. Post. 47.

3. **mit Präpositionen:** addo ad: ad haec non modo adiumenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meae reliqua vos idem addidistis; sen. 27.

III. **Umstand: Ablativ:** demoveri: quo ego adiumento sperabam hanc a me posse molestiam demoveri, id mihi erat adversarium maxime; div. Caec. 4.

ornatus: cum incubuit (voluntatum inclinatio) ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum; Muren. 53.

sublevari: hoc tamen in miseriis adiumento et solacio sublevatur; Quinct. 49.

adiungo, adiunctus: hinzufügen: I. **mit einfachem Object:** alqm: ego, qui ad hominum pericula depellenda adiungerer; Cluent. 17. eodem .. adiungas, quos natura putes asperos atque omnibus iniquos? Planc. 40. Opimium damnatum esse commemoras ...; Calidium adiungis; ib. 69. Caesar se ad neminem adiunxit; Phil. V, 44. adiungendus est Q. Hortensius; ib. X, 24. sperantem consulatum Lucium adiungite; ib. XII, 14.

alqd: ut ad ea, quae propiora huiusce causae et adiunctiora sunt, perveniam; Cluent. 30. quid eadem lex statim adiungit? recita. ib. 148. si idem de coitione voluisset, adiunxisset: QUIVE COIERIT; ib. id, quod interitum optimatium sequi necesse est, adiungitur; har. resp. 54. nam illud ipse actor adiungebat amico animo ..., „summo ingenio praeditum!" Sest. 121. adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus foederibus: MAIESTATEM ... CONSERVANTO ‖CONSERVANT‖; Balb. 35. sed quid adiungit? „si legionibus ..;" Phil. VIII, 25. — mit Ergänzungssatz (ut, acc. c. inf.): adiunxit illa, ut eos ... testimonii denuntiatione terreret, ... viatico commoveret; Flacc. 14. sed adiunxit, id quod certe ... docere debuit, se privatim drachmarum CCVI milia dedisse; ib. 34. etiam illud adiungo, saepius ad laudem ... naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam; Arch. 15. adiungamus, si vis, id, quod tu huic obesse etiam putas, patrem publicanum; Planc. 23. vgl. II. alqd — causas.

agrum: iubent venire agros Attalensium atque Olympenorum, quos ‖hos‖ populo Romano P. Servilii ... victoria adiunxit; ... deinde agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adiunctus est; leg. agr. I, 5. adiungit agros Bithyniae regios; ib. II, 50. adiungit regios agros Mithridatis; ib. 51.

auxilium: quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicavit; Sex. Rosc. 116. „cura ut omnium tibi auxilium adiungas, etiam intimorum"; Catil. III, 12.

beneficium: ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur; Sest. 74.

benevolentiam: qua in sorte sapiens praetor ... offensione vitata ‖offensionem vitat‖ aequabilitate decernendi benevolentiam adiungit lenitate audiendi; Muren. 41.

campum: adiungit Stellatem campum agro Campano; leg. agr. II, 85.

Ciliciam: undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adiunxit; imp. Pomp. 35.

cogitationem: adiungitur enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima; Muren. 45.

crimen: crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem; Sex. Rosc. 86. ut ... is nunc id agat ut ad falsum avaritiae [testimonium] verum maleficii crimen adiungat; Flacc. 41.

dictum: non venit in mentem, primum orationem Stratonis conscribere de furto, post aliquod dictum adiungere de veneno; Cluent. 184.

diligentiam: in altera (parte causae) diligentia vestra nobis adiungenda est, in altera fides imploranda; Cluent. 3.

fortunam: fuit enim profecto quibusdam summis viris quaedam ad amplitudinem et ad gloriam et ad res magnas bene gerendas divinitus adiuncta fortuna; imp. Pomp. 47.

honorem: magnus honos populi Romani rebus adiungitur; Arch. 22.

metum: ut aliquis metus adiunctus sit ad gratiam; div. Caec. 24.

noctem: interea non desistebant ... ad suos coetus occultos noctem adiungere et solitudinem; leg. agr. II, 12.

nomen: adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen? Rabir. 27.

opportunitatem: nunc cum ad ceteras summas utilitates haec quoque opportunitas adiungatur, ut ..; imp. Pomp. 50.

oras: qui tripertitas orbis terrarum oras atque

regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit; Sest. 129.

partem: eorum coniunctione pars oppidi, quae appellatur Insula, mari diiuncta angusto, ponte rursus adiungitur et continetur; Verr. IV, 117.

poenam: adiungit gravem poenam municipibus, si quis eorum vincula ruperit; Catil. IV, 8.

praedia: aliquanto post ... Fulcinius huic fundo uxoris continentia quaedam praedia atque adiuncta mercatur; Caecin. 11.

provinciam: quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est; div. Caec. 13. provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adiuncta sit; Verr. III, 11.

publicationem: adiungit etiam publicationem bonorum; Catil. IV, 10.

regem: ut se rege Armeniorum adiuncto novis opibus copiisque renovarit; Muren. 33.

regiones: ſ. oras.

rem: si ad verbum rem volumus adiungere; Caecin. 49. ſ. cogitationem.

solitudinem: ſ. noctem.

suspicionem: ſ. crimen; Sex. Rosc. 86.

tribus: qua (facultate liberalitatis) usus multas sibi tribus, quae municipiis Umbriae conficiuntur, adiunxit; Muren. 42.

vectigalia: quasi vero non intellegamus haec eos vectigalia, quae Cn. Pompeius adiunxerit, [vendere] cogitare; leg. agr. I, 13. nova porro vectigalia videt ea fore, quae Pompeius adiunxerit; ib. II, 62.

viam: adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea; leg. agr. II, 36.

II. **mit doppeltem Accuſativ**: alqm — comitem: comitem .. eis adiunctum esse T. Volturcium; Catil. III, 4. — adiutorem, socium: qua re quidem socium tibi eum velles adiungere nihil erat, nisi ut ..; Quinct. 12. huius voluntatis eum, quem multum posse intellegebat, ... socium sibi et adiutorem [C. Caesarem] adiunxit; Piso 80.

alqd — causas: adiungis causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci ... diem dixerit; Flacc. 77.

homines — coheredes: cum ... ei filio coheredes homines alienissimos adiungeret, quem diligebat; Cluent. 135.

Siciliam — subsidium: qui cum Siciliam tam opportunum subsidium belli atque pacis ad rem publicam adiunxissent; Verr. III, 14.

adiuro, dabei ſchwören: adiuras .. id te invito me non esse facturum; Phil. II, 9.

adiutor, Helfer: I. **abſolut**: 1. **Subject**: sunt: adiutores, auctores hortatoresque ad me restituendum ita multi fuerunt, ut ..; Quir. 9.

2. **Appoſition**: Rubrium, delicias suas, in omnibus eius modi rebus adiutorem suum et conscium, parum laute deversari dicit; Verr. I, 64. eosdem Romae fuisse legatos, illius adiutores improbitatis, socios furtorum, conscios flagitiorum; ib. IV, 139. itaque P. Apuleius, ... meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde a consulatu meo testis, conscius, adiutor, dolorem ferre non potuit doloris mei; Phil. XIV, 16.

3. **Prädicat**: exsisto: harum omnium rerum ... L. ille Torquatus ... auctor, adiutor, particeps exstitit; Sulla 34.

sum: cum ostenderem, si lex utilis plebi Romanae mihi videretur, auctorem me atque adiutorem futurum; leg. agr. II, 12. ut, si eam (legem) vobis accommodatam atque utilem esse intellegerem, auctor eius atque adiutor essem; ib. 14. neque enim ... nunc, cum Murenam ipsum petis, adiutor eodem pacto esse debeo; Muren. 8. sperabam .. honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum quam miseriarum deprecatorem; Flacc. 1. hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit; dom. 30. si ... neque adiutor ei P. Sestius ad excitandum Antonium, cohortandum, accusandum, impellendum fuisset; Sest. 12. qui autem dictus est adiutor fuisse et conscius; Cael. 23. qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adiutor fuisti; Planc. 104. qui .. eius crudelissimi et taeterrimi facinoris ministri, socii, adiutores fuerunt; Phil. XI, 29. revocare te a furore Lepidus voluit, non adiutor esse dementiae; ib. XIII, 43.

videor: ut meae calamitatis non adiutor solum, verum etiam socius videretur; sen. 20.

abl. absol.: paucos homines ... adrogantis hoc adiutore Q. Opimium ... fortunis omnibus evertisse; Verr. I, 155. multis et firmis praesidiis vobis adiutoribus isti immani ... barbariae resistemus; Font. 44. non modo conscio, sed etiam conviva et adiutore Oppianico; Cluent. 36. nolite ‖nolitote‖ dubitare ... libertatem nullo labore vestro ‖vestro labore‖ consule adiutore defendere; leg. agr. II, 16. ego togatus, vobis bonisque omnibus adiutoribus, hoc ... periculum ... comprimam; Muren. 84. cum ... socio atque adiutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco caedem a vobis ... depellebam; Flacc. 1. quo auctore, quo adiutore in contionibus ea, quae gerebat, omnia ... se ... facere dicebat; dom. 66. speravit isdem se copiis cum illo posse confligere ..., et primo quidem adiutoribus consulibus; ib. nisi se Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quae faciebat facere clamaret; har. resp. 47. omnem illam tempestatem ... Caesare impulsore atque adiutore esse excitatam; prov. cons. 18.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: adhibeo: cum ad suum scelus illud furtumque nefarium quosdam homines improbos duces atque adiutores adhibuisset; Verr. IV, 93.

adiungo: huius voluntatis eum, quem multum posse intellegebat, ... socium sibi et adiutorem [C. Caesarem] adiunxit; Piso 80.

complector: quos quidem vos libertatis adiutores complecti debetis: servitutis auctores sequi non debetis; Phil. X, 18.

habeo: conlegas adiutores habebat; Sest. 87.

praebeo: ut ... omnium suorum scelerum socium te adiutoremque praeberes; Piso 28. adiutorem se Bruto ad comparandum exercitum fidissimum et constantissimum praebuit; Phil. X, 24.

profiteor: postulat, ut ad hanc suam praedam tam nefariam adiutores vos profiteamini; Sex. Rosc. 6.

repudio: ille adiutorem servum contra dominum repudiavit, tu etiam accusatorem adhibuisti; Deiot. 31.

retineo: est tuum, M. Cato, ... retinere adiutorem, defensorem, socium in re publica; Muren. 83.

2. **Dativ**: dono: non pauca suis adiutoribus large effuseque donabat; Sex. Rosc. 23.

3. **Ablativ**: utor: his se tribus auctoribus in consiliis capiendis, adiutoribus in re gerenda esse usurum dicebat; Sest. 40. quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? Cael. 57. quos [magnis] adiutoribus *illis* usi ‖adiutoribus tuis‖ armis subegimus atque in dicionem nostram redegimus; Balb. 25. nihil enim magis uteremur eis adiutoribus sublatis virtutis praemiis, quam si ..; ib. 26. si .. adiutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non liceret; ib. 38.

III. **nach Adjectiv**: vehemens in: qui se in principem maleficii lenem, in adiutores eius et conscios vehementissimum esse respondet; Cluent. 106.

adiutrix, Helferin: 1. **abſolut**: 1. **Appoſition**: Messana, tuorum adiutrix scelerum, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix; Verr. IV, 17.

2. **Prädicat**: exsisto: te, custos urbis, Minerva, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum exstitisti, precor; dom. 144.

sum: huic facinori tanto tua mens liberalis con-

scia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit; Cael. 52. eandem .. rem adversariam esse in iudicio Cn. Plancio, quae in petitione fuisset adiutrix; Planc. 1.

II. **nach Verb:** habeo: hanc sibi iste urbem delegerat, quam haberet adiutricem scelerum; Verr. V, 160.

adiuvo, helfen, unterſtützen: I. **abſolut:** 1. **unperſönlich: ſubſtantiviſch:** qui ... aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum non modo impellendo, verum etiam adiuvando pollicebatur; Catil. II, 8.

2. **perſönlich:** alqs: resistam et aut concedente aut etiam adiuvante Milone eius conatum refutabo; har. resp. 7. alter (reus est) tuis consiliis, illo tamen adiuvante; Vatin. 41. voluit ille ... vim inferre patriae ‖vi terrere patriam, interire patriam‖ [vos adiuvistis]; Piso 15. quas (copias) ipse suo labore et periculo ... per se nullo adiuvante perfecit; Phil. X, 4. quod ego unus relictus ex multis contudi et fregi adiuvantibus vobis exsultantis praedonis audaciam; ib. XIII, 29.

auctoritas: ut omnes intellegant non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare; Quinct. 75.

conlega: hoc duce, conlega autem eius ... primo non adversante, post etiam adiuvante, reliqui magistratus paene omnes fuerunt defensores salutis meae; Quir. 15.

consules: cum is tribunus plebis ... tuum monimentum consulibus non inspectantibus, verum adiuvantibus disturbaret; dom. 114. ut eis consulibus praetor esset, quibus si non adiuvantibus, ad conivantibus certe speraret posse se ..; Milo 32.

di: ager efficit cum octavo, bene ut agatur, verum, ut omnes di adiuvent, cum decumo; Verr. III, 112.

fructus: quod ad tempus existimationis partae fructus reservabitur, si non extremo discrimine ac dimicatione fortunae deserviet, si non aderit, si nihil adiuvabit? Sulla 77.

II. **mit Object:** alqm: in quo si te multum natura adiuvaret; div. Caec. 39. proponit ... hominum adrogantium nomina, qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam adiuvant, quod noti sunt; Verr. a. pr. 15. iam nihil te iudicium Neronis adiuvat; ib. I, 83. tu mihi ita defendis ‖defendas‖ ...? adiuvo te: mei quoque testes idem dicunt; ib. II, 26. a Sthenio petere coepit, ut ad ea tollenda operam suam profiteretur seseque ‖seque‖ adiuvaret; ib. 85. ac vide quid te amicorum tuorum studium, quid tuum consilium, quid sociorum voluntas adiuvet: ib. 176. quod ipsi Leontini public non sane multum me adiuverunt; neque enim eos isto praetore hae decumanorum iniuriae laeserunt, potius etiam .. adiuverunt; ib. III, 109. hi te homines auctoritate sua sublevent, qui te neque debent adiuvare, si possint, neque possunt, si velint; ib. IV, 20. meum testem deseram, tibi favebo; te inquam, adiuvabo; ib. V, 154. quod additum est DOLO MALO, id te adiuvare putas, in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio? Tull. 31. si enim sunt viri boni, me adiuvant, cum id iurati dicunt, quod ..; Caecin. 3. „ecquid me adiuvas, Bulbe, ne gratis rei publicae serviamus?“ Cluent. 71. quid est quod te ista censoria, sive voluntas sive opinio fuit, adiuvare ... posse videatur? ib. 125. cur enim quemquam, ut studeat tibi, ut te adiuvet, rogas? Muren. 76. quos ego, quo id facilius faciant, non adiuvabo; Flacc. 66. meum denique gravius esse (debet) iudicium, qui adiuvandus in his causis, qui oppugnandus ... esse videatur? Sulla 3. ut tibi omnia permitterent, te adiuvarent; dom. 55. si non sum adiutus, non debui ‖debuit‖; si desertus, sibi fortasse providit; prov. cons. 43. quae enim L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules adiuverunt; Piso 15. nisi forte te Labicana aut Gabina aut Bovillana vicinitas adiuvabat; Planc. 23. quam convenit ... hos ... iacturam suarum tribuum, quo vos adiuvaremini, fecisse? ib. 54. se a te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione praeturae; Milo 68. haud scio an multo sit etiam adiuvandus magis; ib. 92. quem antea iustis hostilibusque bellis adiuverat; Deiot. 13. qui quamquam parum erat ... a quibus debuerat adiutus; Phil. I, 10. „si me rectis sensibus euntem di immortales ... adiuverint;“ ib. XIII, 45. — animo: ſ. rem publicam; Sest. 120. — armis: ſ. duces. — auctoritate, consilio: nusquam est a me digressus; studio, consilio, auctoritate unus adiuvit plurimum; Sulla 34. — commendatione: ſ. virtutem. — copiis, equitatu: ab eodem rege adiuti sumus et equitatu et pedestribus copiis; Phil. XI, 34. — litteris: qui profecto si nihil ad percipiendam [colendam] virtutem litteris adiuvarentur, numquam se ad earum studium contulissent; Arch. 16. — militibus: ſ. duces. — opera: ſ. rem publicam; Phil. X, 26. — pecunia: ſ. duces. — rebus: nam ceteris rebus adiuvamur ex illa provincia, hac vero alimur ac sustinemur; Verr. III, 11. — studio: ſ. auctoritate. — virtute, ſ. rem publicam; Phil. X, 26.

alqd: haec gemebant boni, sperabant improbi, agebat tribunus plebis, consules adiuvabant; Sest. 66.

causam: videte qui Sthenii causam casus adiuverit; Verr. II, 98. nunc melior ea (causa) iudicanda est, quam etiam di adiuverunt; Ligar. 19.

civis: bonos civis primum natura efficit, adiuvat deinde fortuna; Phil. XIII, 16.

duces: Patavini ... pecunia, militibus, et, quod maxime deerat, armis nostros duces adiuverunt; Phil. XII, 10.

proscriptionem: ut illum meae proscriptionis, quam adiuvabat, Sex. Clodius ... tabulam, sese ‖esse se‖ scriptorem esse diceret; Sest. 133.

pudorem: non intellego cur potius invidia violatura virtutem ‖violatur a virtute, al.‖ L. Cornelii quam aequitas vestra pudorem eius adiutura videatur; Balb. 18.

rem publicam: „qui rem publicam certo animo adiuverit;“ Sest. 120. qui eius perpetuam in re publica adiuvanda voluntatem ... probari moleste ferant; Phil. VIII, 30. Q. Hortensii pro consule opera et virtute vehementer rem publicam adiutam (esse); ib. X, 26.

virtutem: quod ego huc a me ortus et per me nixus ascendi, istius egregia virtus adiuvabitur commendatione maiorum; Planc. 67.

adlegatio, Sendung: I. **Subject:** cum sibi omnis ad istum adlegationes difficilis, omnis aditus arduos ac potius interclusos viderent; Verr. I, 136.

II. **Ablativ:** quanta iste cupiditate, quibus adlegationibus illam sibi legationem expugnavit! Verr. I, 44.

adlego, abſenden: I. **abſolut:** Cretensis iudex isque nequissimus. quem ad modum ad hunc reus adleget? quo modo accedat? Phil. V, 14.

II. **mit Object:** amicos: petit a me Habonius et amicos adlegat; facile impetrat; Verr. I, 149.

homines: nam statim Chrysogonus et ipse ad eos accedit et homines nobilis adlegat, **ab** eis qui peterent, ne ..; Sex. Rosc. 25.

necessarios: primo necessarios istius ad eum adlegatos esse dicebat; Verr. I, 139.

adlevamentum, Erleichterung: sine: itaque P. Sulla et secundas fortunas amittere coactus est et in adversis sine ullo remedio atque adlevamento permanere; Sulla 66.

adlevo, erleichtern: onus: hoc onus si vos aliqua ex parte adlevabitis, feram ut potero studio et industria, iudices; Sex. Rosc. 10.

adlicio, anlocken, gewinnen: alqm: si te laus adlicere ad recte faciendum non potest; Phil. II, 115.

benevolentiam: nullis nostris officiis benevolentiam illorum adlicere possumus; Verr. V, 182. negat verum esse adlici benevolentiam cibo; Muren. 74.

mentis: quod ais nulla re adlici hominum mentis oportere ad magistratum mandandum nisi dignitate; Muren. 76.

opes: iam hoc fere sic fieri solere accepimus, ut regum adflictae fortunae facile multorum opes adliciant ad misericordiam; imp. Pomp. 24.

voluntates: nostrum est ... ferre modice populi voluntates, adlicere alienas, retinere partas, placare turbatas; Planc. 11.

adligo, binden, feſſeln, verwickeln: I. **abſolut:** beneficio, significatione: equidem nihil tam proprium hominis existimo quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiae significatione adligari; Planc. 81.

II. **mit Object:** alqm: ut, cuius ad statuam [Siculi] te praetore adligabantur, eius religioni te ipsi ‖isti‖ devinctum astrictumque dedant ‖dedamus‖; Verr. IV, 90. — lege: intellegebant enim ea lege equestrem ordinem non teneri, sed ne nova lege adligarentur laborabant; Cluent. 154. vos senatus liberos hac lege esse voluit, populus numquam adligavit; Rab. Post. 18. — more: ſ. beluam. — nuptiis: ut cum nuptiis adligatum simul et testamenti spe devinctum posset habere in potestate; Cluent. 179. — quaestione, genere quaestionis: ſ. populum. — scelere: metuit homo doctus et sapiens ne L. Flaccus nunc se scelere adliget, cum iam testem illum effugere non possit; Flacc. 41. — stipulatione: cur tam imperite facit, ut nec Roscium stipulatione adliget neque ..? Qu. Rosc. 36.

beluam: hanc ... beluam, vinctam auspiciis, adligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subito lege curiata consul; Sest. 16.

homines: homines sceleris coniurationisque damnati, ad supplicium traditi, ad palum adligati; Verr. V, 11.

mortalis: ubi enim omnis mortalis adligat, ita loquitur: QUI ... PECERIT; Cluent. 148.

nomen: in quo adligatum Oppianici nomen primum esse constabat; Cluent. 39.

piratas: reliquos (piratas) *si*, sicut consuetudo est, universos ad palum adligasset; Verr. V, 71.

populum: L. Sulla ... populum Romanum, quem ab hoc genere liberum acceperat, adligare novo quaestionis genere ausus non est; Cluent. 151. videret (populus) ne qua nova quaestione adligaretur; Rab. Post. 14.

servos: producuntur (servi) et ad palum adligantur; Verr. V, 10.

adlino, anſtreichen: notam, colorem, sordis: nulla nota, nullus color, nullae sordes videbantur his sententiis adlini posse; Verr. a. pr. 17.

adloquor, anreden: alqm: quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo adloqui, nemo aspicere vellet; Cluent. 170.

adluo, beſpülen: alqm: ita iactantur fluctibus, ut numquam adluantur; Sex. Rosc. 72.

civitatem: cum (civitas) in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariae fluctibus adluatur; Flacc. 63.

moenia: urbe portus ipse cingitur et continetur, ut non adluantur mari moenia extrema, sed ipse influat in urbis sinum portus; Verr. V, 96.

admetior, zumeſſen: frumentum: coge ut ad aquam tibi, id quod summi iuris est, frumentum Hennenses admetiantur vel Phintiam vel Halaesam vel Catinam; Verr. III, 192.

administer, Diener, Helfershelfer: I. **abſolut:** 1. **Subject:** veniunt: administri et satellites Sex. Naevii Roma trans Alpis in Segusiavos ‖Segusianos‖ biduo veniunt; Quinct. 80

2. **Appoſition:** in senatu fore in armis certo die ... C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuum; Catil. I, 7.

3. **Prädicat:** sum: Timarchides, qui est ... rerum huiusce modi omnium transactor et administer; Verr. II, 69. ac non solum erat administer istius cupiditatum, verum etiam ipse sui memmerat; ib. 136. Apronium Veneriosque servos ... ceterosque decumanos procuratores istius quaestus et administros rapinarum fuisse dico; ib. III, 50. (Scamander) administer erat Oppianici; Cluent. 61.

II. **nach Verben:** habeo: ita populos habent universos non solum conscios libidinis suae, verum etiam administros; Verr. III, 76.

scribo: tutor ... ascribendus fuit: Polemocratem scripsisti, mercennarium et administrum consiliorum tuorum; Flacc. 74.

administra, Helferin: sum: multae sunt artes eximiae huius administrae comitesque virtutis; imp. Pomp. 36.

administro, beſorgen, leiten: alqd: quod ego sic administrabo .., ut ..; Catil. II, 28. quamquam haec omnia .. ita sunt a me administrata, ut ..; ib. III, 18. ſ. urbem.

annum: sumam annum tertium, quod et recentissimus est et ab isto ita administratus, ut ..; Verr. III, 104.

bellum: cum tibi maritimum bellum esset administrandum; Verr. V, 136. huic qui successerit non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum; imp. Pomp. 5. pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum; ib. 37. quoniam auctoritas quoque in bellis administrandis multum atque in imperio militari valet; ib. 43. vehementer autem pertinere ad bella administranda quid hostes, quid socii de imperatoribus nostris existiment quis ignorat? ib. cum .. bellum sit ... ita magnum, ut accuratissime sit administrandum; ib. 49. ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret; ib. 60. quid tam praeter consuetudinem quam homini peradulescenti ... Siciliam permitti atque Africam bellumque in ea provincia administrandum? ib. 61. etiam tum imperatore bellum administrante; leg. agr. II, 54. unus erit consul et is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus; Muren. 85. illa (Gallia) enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet; Phil. XII, 9.

civitatem: magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer quam ad administrandam civitatem restitutus; dom. 71.

iudicium: putant fore ut ... per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adulescentulos aut illius modi quadruplatores leges iudiciaque administrentur; div. Caec. 68. opinor haec omnia lege fieri totumque hoc iudicium ... quasi mente quadam regi legis et administrari; Cluent. 147.

leges: ſ. iudicium, div. Caec. 68.

provinciam: in eis locis, in quibus [es,] versaris, rem geris, provinciam administras; Verr. III, 193. QUOD VIGILANTER PROVINCIAM ADMINISTRASSET; ib. IV, 144. o condiciones miseras administrandarum provinciarum! Flacc. 87.

rem: sic hanc rem totam administrasti, ut ..; Verr. III, 164. per quaestores rem frumentariam esse administratam; ib. 225. rem navalem primum ita dico esse administratam, ... uti ..; ib. V, 43. in altera parte ita res a L. Lucullo summo viro est administrata, ut ..; imp. Pomp. 10. ea .. res omni tempore per Bellum, Fausti libertum, administrata est; Sulla 55. rem administrandam arbitror sine ulla mora et confestim gerendam censeo; Phil. V, 31. demus igitur imperium Caesari, sine quo res militaris administrari ... non potest; ib. 45.

rem publicam: cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum et rei publicae administrandae; Verr. I, 34. ut eo censu nullius civitatis res publica posset administrari; ib. II, 138. dicet

rem publicam administrari sine metu ac severitate non posse; ib. V, 22. esse aliquam oportere inter nos rei publicae bene administrandae societatem; leg. agr. II, 11. o condicionem miseram non modo administrandae, verum etiam conservandae rei publicae! Catil. II, 14. Graecorum autem totae res publicae sedentis contionis temeritate administrantur; Flacc. 16. quas (imagines) ego mihi semper in administranda re publica proponens animum ... conformabam; Arch. 14. ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret, rem publicam administraret; Sest. 79. cum in re publica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit; Vatin. 41.

summam rerum: dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat; Sex. Rosc. 91.

urbem: hic quis postet esse ... tam mente captus, qui neget haec omnia, quae videmus, praecipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari? Catil. III, 21.

admirabilis, bewundernswerth, wunderbar: alqd: haec admirabilia, sed prodigii simile est, quod dicam; Ligar. 11. quid enim, o di immortales! admirabilius omnibus gentibus, quid optatius populo Romano accidere potuit, quam ..? Phil. V, 39. illud admirabilius et maius ... est, grata eorum virtutem memoria prosequi, qui ..; ib. XIV, 30.

audacia: o admirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! Phil. III, 18.

clementia: o clementiam admirabilem atque omnium laude, praedicatione, litteris monumentisque decorandam! Ligar. 6.

concursus: concursu cotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat; Phil. X, 7.

constantia: sed iam videte magni et clari viri admirabilem gravitatem atque constantiam; Phil. XIII, 41. (vgl. virtus; Phil. III, 8).

dignitas: omnes enim artes, quae nobis populi Romani studia concilient, et admirabilem dignitatem et pergratam utilitatem debent habere; Muren. 23.

gloria: cuius ... singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriam; Phil. III, 26.

gravitas: ſ. constantia.

impudentia: ſ. audacia.

scientia: ne vero silebitur admirabilis quaedam et incredibilis ac paene divina eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia; Phil. IX, 10.

temeritas: ſ. audacia.

virtus: nulla de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordia est; Ligar. 37. virtute enim admirabili Caesaris constantiaque militum veteranorum ... a cervicibus nostris est depulsus Antonius; Phil. III, 8. quo proelio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit; ib. XIV, 36.

admiratio, Bewunderung, Verwunderung: I. **Subject:** est: etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum et abiectum; Muren. 25.

superat: ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret; Arch. 4.

II. **nach Verben:** facio: risus populi atque admiratio omnium vestrum facta est; Verr. IV, 27. fit clamor et admiratio populi, tantam esse in homine impudentiam; ib. V, 106.

habeo: quid habet admirationis tali viro advenienti, candidato consulari, obviam prodisse multos? Muren. 68. si denique ipse accusator noster Postumus obviam cum bene magna caterva sua venit, quid habet ista multitudo admirationis? ib. 69. vide, quaeso, ne tua divina virtus admirationis plus sit habitura quam gloriae; Marcell. 26. exposui ... profectionis consilium: nunc reversionis, quae plus admirationis habet, breviter exponam; Phil. I, 7.

moveo: hoc certe, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo; Phil. X, 4.

III. **Umſtand: Ablativ:** comprimi: qui (plausus) ... non numquam obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est; Deiot. 34.

declarari: quae fuerit hesterno die Cn. Pompei gravitas in dicendo, iudices, ... non opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

admiror, bewundern, ſich wundern: I. **absolut:** admiratur et exspectat quidnam Vettius dicturus sit; Verr. III, 167. L. Domitium praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum adlatus esset, admiratum requisisse quis eum percussisset; ib. V, 7. si nosmet ipsi ... ludis tamen oblectamur et ducimur, quid tu admirere de multitudine indocta? Muren. 39. non, ut opinor, admirere, cum ego ipse ... me hic id ex te primum audisse confitear; Planc. 58.

II. **mit Ergänzungsſatz:** 1. accus. c. infin.: ut non numquam ita factum esse etiam populus admiretur; Muren. 35. non tam est admirandum regem esse me ... quam ..; Sulla 22. quam quidem partem accusationis admiratus sum et moleste tuli potissimum esse Atratino datam; Cael. 7. mihi venit in mentem admirandum esse M. Laterensem ... reum sibi hunc potissimum delegisse; Planc. 2. quo minus admirandum est eum facere illa, qui ..; Rab. Post. 42. quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus quam facturum putavi, admiratus autem ob eam causam, quod ... memor patriae fuisset; Phil. II, 27. ſ. III. alqd; Phil. II, 42.

2. mit quod: non dubito quin admiratus sis, vel quod de nullo alio [quisquam], vel quod is, qui in eadem causa fuisset, vel quidnam novi [sceleris] adferret; Ligar. 17. quod haerere in eo (equo) senex posset, admirari solebamus; Deiot. 28. „admirabantur boni viri, accusabant amici, quod spe pacis legationem suscepissem;“ Phil. XII, 5. ſ. II, 1. Phil. II, 27. — III. alqm. Sest. 135. (vgl. artem. magnitudinem).

III. **mit Object:** alqm: qui admirabantur hunc, illum probabant; Qu. Rosc. 29. te, si quid eius modi facis, ... talem adulescentem, ... vehementer admiror; Sulla 31. hunc ego non diligam, non admirer, non omni ratione defendendum putem? Arch. 18. quem non tam admiror, quod meam legem contemnit, ... quam quod ..; Sest. 135. voltus hominum te intuentium atque admirantium recordare; Deiot. 20.

alqd: est adhuc, id quod vos omnis admirari video, non Verres, sed Q. Mucius; div. Caec. 57. num me fefellit ..., id quod multo magis est admirandum, dies? Catil. I, 7. nihil erit quod admirere posthac, si ..; Sulla 9. sed quid ego id admiror? har. resp. 28. sed quid est quod in hac causa maxime homines admirentur? prov. cons. 26. quamquam hoc maxime admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere; Phil. II, 42.

adulescentem: ſ. alqm; Sulla 31.

artem: haec vero huius erat ars et malitia admiranda, quod ..; Verr. II, 135.

audaciam: illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur; Cluent. 27.

bella, consulatus: itaque Cn. Pompei bella, victorias, triumphos, consulatus admirantes numerabamus; Deiot. 12.

dignitatem: o consessum iudicum praeclarum! o dignitatem consilii admirandam! Phil. V, 12.

frugalitatem: omnes in illo sunt rege virtutes, ... sed praecipue singularis et admiranda frugalitas; Deiot. 26.

magnitudinem: sum Cn. Pompei virtutem et

animi magnitudinem admiratus, quod ..; prov. cons. 27.

malitiam: ſ. artem.

prudentiam: cuius igitur singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? Phil. V, 50.

triumphos, victorias: ſ. bella.

virtutem: cuius nos virtutem admirati non ausi sumus adversari voluntati; Phil. IX, 9. ſ. magnitudinem.

virum: non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi; Scaur. c. 1. § 4. fuit enim ille vir ... cum foris clarus tum domi admirandus; Phil. II, 69.

admisceo, hineinmengen: alqm: in hac ego legatione sim aut ad id consilium admiscear, in quo ..? Phil. XII, 16.

admissarius, Zuchthengſt: adhinnit, al.: itaque admissarius iste, simul audivit voluptatem a philosopho tanto opere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnis incitavit, sic ad illius hanc orationem adhinnivit, ut non magistrum virtutis, sed auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur; Piso 69.

admitto, zulaſſen, verlaſſen, verſchulden: alqm: mihi quam multis costodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero? div. Caec. 51. det operam ut admittatur in alicuius istorum Tusculanum; Verr. IV, 126. huius autem praeclari imperatoris ita erat severa domi disciplina, ut in re tanta et tam gravi nuntio nemo admitteretur; ib. V, 93. Casino salutatum veniebant, Aquino, Interamna: admissus est nemo; Phil. II, 105. (vgl. socium).

alqd: cum hoc confiteris, id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis; Quinct. 81. quid umquam Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? Cluent. 167. quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur, est ponderandum; Sulla 69. quaero etiam illud ex te, quod privatus admisisti; Vatin. 33. quid Milonis intererat interfici Clodium? quid erat cur Milo non dicam admitteret, sed optaret? Milo 34. si Milo admisisset aliquid, quod non posset honeste vereque defendere; ib. 64. quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses; Phil. II, 47.

casum: numquam enim temeritas cum sapientia commiscetur neque ad consilium casus admittitur; Marcell. 7.

dedecus: in privatis rebus si qui rem mandatam ... malitiosius gessisset ..., cum maiores summum admisisse dedecus existimabant: Sex. Rosc. 111. quod ego laboribus, periculis inimicitiisque meis tum, cum admissum erit, dedecus severe me persecuturum esse polliceor; Verr. a. pr. 51.

facinus: reliquum est ut per servos id (facinus) admiserit; Sex. Rosc. 76. quod flagitium Lentulus non cum Autronio concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admisit? Sulla 16. quodnam ego concepi tantum scelus aut quod in me tantum facinus admisi, iudices, cum ..? Milo 103.

flagitium: si a multis esset flagitium rei militaris admissum; Cluent. 128.

fraudem: si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quod arma contra L. Saturninum tulit; Rabir. 26.

legatum: domum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere; Phil. VIII, 29.

litem: in litibus aestimandis fere iudices ..., si quae in eum lis capitis inlata est, non admittunt; Cluent. 116.

maleficium: ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum; Sex. Rosc. 62. qui intellegunt neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere; ib. 73.

alqm — socium: QUI DE L. MARCIO M. PERPERNA CENSORIBUS ...., SOCIUM NE ADMITTITO NEVE PARTEM DATO NEVE REDIMITO; Verr. I, 143.

admodum, ſehr: I. **bei Verben:** miror: quod ego tametsi non nunc primum ... audio, tamen admodum mirabar abs te quam ob rem diceretur; Caecin. 65.

prosum: quae huic admodum profuerunt; Muren. 38.

II. **bei Adjectiven:** adulescens: Q. Catulus, admodum tum adulescens; Rabir. 21. an hic ... consularem hominem admodum adulescens in iudicium vocavisset? Cael. 47. superior Africanus, T. Flamininus ‖ Flaminius ‖ admodum adulescentes consules facti; Phil. V, 48.

amplus, excelsus: erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; Verr. IV, 74.

antiquus: itaque maiores nostri, veteres illi, admodum antiqui, leges annalis non habebant; Phil. V, 47.

gratus: id fuit nobis gratum admodum; Verr. 10. III,

pauci: sunt impii cives, sed ... contra multitudinem bene sentientium admodum pauci; Phil. III, 36. ut cum admodum paucis ... princeps latronum duxque fugerit; ib. XIV, 27.

admoneo, erinnern: I. **abſolut:** sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur; Sex. Rosc. 70. quemnam? recte admones. Polyclitum esse dicebant; Verr. IV, 5. quod enim usu non veniebat, de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam prohibere videretur quam admonere; Tull. 9. neque erat causa cur prohibendo non tam deterrere videretur quam admonere; dom. 127.

II. **mit Ergänzung:** 1. **neutr. pronom.:** admonet tamen illud, quod istum fugerat, in Phalacrum ... non posse animum adverti; Verr. V, 105. et simul admonent quiddam, quod cavebimus; Phil. I, 28. Nucula hoc, credo, admonuit; ib. VIII, 26. ſ. III. alqm.

2. **Satz:** *caverent finiumque demonstrationi interessent admonet*; Tull. 17. admonuisti etiam, quod in Creta fuisses, dictum aliquod in petitionem tuam dici potuisse; Planc. 85. ſ. 1. Verr. V, 105. — III. alqm. animum hominem; Verr. II, 36. V, 103.

III. **mit Object:** alqm: utrum admonitus an temptatus ... pervenerit ad hanc improbitatem nescio; Verr. I, 105. deinde a quibusdam Syracusanis admonetur; ib. II, 36. illa cuius modi sunt, quae ex tempore ab Apronio admonitus edixit? ib. III, 36. quod erat imprudentia praetermissum, id quaestu ac tempore admonitus reprehendisti; ib. 51. ex eo proelio, de quo vos paulo ante invitus admonui; imp. Pomp. 45. a P. Cethego admonitus *est* ‖ admonitus istam dedit conciliationis et gratiae fabulam ‖; Cluent. 84. admonitus re ipsa recordor quantum ..; Muren. 72. etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem facere Sullae nullam nisi admonitum et interrogatum; Sulla 37. in discordiis nostris, de quibus ipsis his prodigiis recentibus a dis immortalibus admonemur; har. resp. 44. quin ‖ qui ‖ dico venisse paene neminem ..., cum volgo essent et illo ipso et multis ante diebus admoniti et rogati; Piso 55. nihil est quod me hortere, nihil [est] quod invites. admoneri me satis est; admonebit autem nemo alius nisi rei publicae tempus; ib. 94. quam (salutem) huius admonitus officio utrisque his dederis; Ligar. 36. a quo admoniti diligentius et vigilantius caveamus Antonium; Phil. XI, 10. videmus omnia, neque per nos solum, sed admonemur a nostris; ib. XII, 5. — mit neutr. pron.: cur nomen ‖ cur tamen, curam, al. ‖ petis quasi ‖ quam ‖ incertum sit ‖ inceravit ‖ ? quid? quod cum admoneris, tamen, quasi tute noris, ita salutas? Muren. 77. illud tamen te esse admonitum volo; Cael. 8. — mit Ergänzungsſatz: nonne res ipsa vos admonet [ut pute-

tis] modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Verr. II, 145. *admonetur a procuratore Tullii Acerronius, venditorem agri falsum* modum proscripsisse; Tull. 16. statuite quid vos tempora rei publicae de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneat ut iudicetis; Caecin. 104. gaudet se ab amicis quid respondeat admoneri; har. resp. 17. ne in unius imperium res recidat, admonemur; ib. 54. quo ne trudamur, di immortales nos admonent; ib. 61. nonne te ... ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? Cael. 34. simul et vos, non ignorantis, iudices admonebo, quo de iure hoc iudicium constitutum est ‖sit‖, de eo numquam omnino esse dubitatum; Balb. 44. *propinqua illa aedes Vestae admonet vos, ut recordemini* illius L. Metelli; Scaur. 48. clamor si qui forte fuerit, admonere vos debebit, ut eum civem retineatis, qui ..; Milo 8. tantum te admonebo, si illi absenti salutem dederis, praesentibus his omnibus te daturum; Ligar. 38.

animum: nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctis ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri; Arch. 29.

gubernatores: etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent; Phil. VII, 27.

hominem: cum tibi cotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis; Quinct. 40. hi, ut dico, hominem admonent rem esse praeclaram; Verr. II, 36. derisum esse credo hominem amentem a suis consiliariis et admonitum hasce ei tabulas nihil profuturas; ib. V, 103.

admonitus, Mahnung: **Ablativ:** decerno: quod est postridie decretum in curia populi ipsius Romani et eorum, qui ex municipiis convenerant, admonitu, ne quis ..; Sest. 129.

facio: admonitu ipsorum Syracusanorum impetum in eas tabulas facio, in quibus ..; Verr. IV, 148.

insimulo: admonitu istius insimulare coeperunt Epicratem litteras publicas corrupisse; Verr. II, 60.

mitto: atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem ... misi, qui ..; Catil. III, 8.

prospicio: tamen huic malo populus Romanus ipse nullo haruspicum admonitu sua sponte prospexit; har. resp. 56.

admoveo, nähern, herantringen: aspidem: Demetrium ... aspide ad corpus admota vita esse privatum; Rab. Post. 23.

auris: adhibete animos et mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har. resp. 20.

cruciatus: cum ignes ardentesque ‖candentesque‖ laminae ceterique cruciatus admovebantur; Verr. V, 163.

exercitum: ut exercitum citra flumen Rubiconem ... educeret, dum ne proprius urbem Romam cc milia admoveret; Phil. VI, 5. exercitum citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius urbem milia passuum cc admoverit; ib. VII, 26.

faces: an faces admovendae sunt quae ‖quae te‖ excitent tantae causae indormientem? Phil. II, 30.

ignis, laminas: ſ. cruciatus.

machinam: Oppianicus continuo sperare coepit, hoc se Avillio tamquam aliqua machina admota capere Asuvii adulescentiam et fortunas eius patrias expugnare posse; Cluent. 36.

manus: admovent manus vectigalibus populi Romani; leg. agr. I, 11.

mentis: ſ. auris.

reticulum: reticulum .. ad naris sibi admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae; Verr. V, 27.

stimulos: hic ego quid praedicem ... quos stimulos admoverit homini studioso fortasse victoriae? Sest. 12.

admurmuratio, Gemurmel, Murren: I. **abſolut:** 1. **Subject:** facit: vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini qui haec fecerint; imp. Pomp. 37.

2. **Vocativ:** o divina senatus frequentis in aede Bellonae admurmuratio! Verr. V, 41.

II. **nach Verb:** facio: factus est in eo strepitus et grata contionis admurmuratio; Verr. a. pr. 45.

III. **Ablativ:** frangere: qui non admurmuratione, sed voce et clamore abiecti hominis ac semivivi furorem petulantiamque fregistis; Piso 31.

admurmuro, murren: memoria tenetis ..., quam valde universi admurmuraverint ‖admurmuraverunt‖, quam palam principes dixerint ‖dixerunt‖ contra! Verr. V, 41.

adnumero, zuzählen, auszahlen: I. **abſolut:** iam duae partes causae sunt confectae: adnumerasse sese negat; expensum tulisse non dicit, cum tabulas non recitat; reliquum est ut stipulatum se esse dicat; Qu. Rosc. 13.

II. **mit Object:** alqm: verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer; Sex. Rosc. 89.

alqd: si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit; Sex. Rosc. 144.

denarios: cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset et singulos tibi denarios adnumerasset; Verr. III, 195.

nummos: cogit enim Scandilium quinque illa milia nummum dare atque adnumerare Apronio; Verr. III, 140.

pecuniam: cogit quaestorem suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem adnumerare et reddere; div. Caec. 56. an (civitates solitae sint) tibi aut ‖an‖ cui tu imperasses adnumerare pecuniam; Verr. II, 144. imperavit, ut ea pecunia omnis a civitatibus sibi adnumeraretur; ib. V, 60.

adnuo, winken, bejahen, bezeichnen: I. **abſolut:** Romae cotidie, simul atque sibi hic adnuisset, numeraturum se dicebat; Quinct. 18. tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum. adnuit; Catil. III, 10. quid sapientia? ... si hoc praecipit, ne quid vita existimem antiquius ..., quaeram ex ea: etiamne, si erit ... serviendum? si adnuerit, ... sapientiam istam ... non audiam; sin responderit ..; Phil. XIII, 6.

II. **mit Object:** alqm: cui nisi ego ... restitissem, ex hac decuria vestra ..., quos iste adnuerat, in suum consilium sine causa subsortiebatur; Verr. I, 158.

alqd: „ita," inquit „ad M. Antonii." hoc enim mihi significasse et adnuisse visus est; Verr. III, 213.

adoptatio, Annahme an Kindes Statt: I. **nach Verb:** agito: et adoptatio Theophani agitata est, per quam Cornelius nihil est praeterquam propinquorum suorum hereditates adsecutus; Balb. 57.

II. **Umſtand:** in: credo enim, quamquam in illa adoptatione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitae necisque potestatem haberet, ut in filio; dom. 77.

per: ſ. I.

adoptio, Annahme an Kindes Statt: I. **nach Verben: Accuſativ:** facio, habeo, probo: nego istam adoptionem pontificio iure esse factam; dom. 36. dixi apud pontifices istam adoptionem nullo decreto huius conlegii probatam, contra omne pontificum ius factam pro nihilo esse habendam: qua sublata intellegis totum tribunatum tuum concidisse; ib. 38.

sequor: quas adoptiones, sicut alias innumerabilis, hereditates nominis, pecuniae, sacrorum secutae sunt; dom. 35.

tollo; ſ. facio.

II. **nach Subſtantiven:** causa: quae deinde causa cuique sit adoptionis, quae ratio generum ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri a pontificum collegio solet; dom. 34.

genus: probate genus adoptionis: iam omnium sacra interierint, quorum custodes vos esse debetis, iam patricius nemo relinquetur: dom. 37.

ius: quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus, dom. 34.

III. **Umſtand:** in: quid est horum in ista adoptione quaesitum? dom. 34. si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo; sin eadem observanda sunt ..; ib. 41.

adoptivus, durch Adoption erlangt: sacra: tu neque Fonteius es, qui esse debebas, neque patris heres, neque amissis sacris paternis in haec adoptiva venisti; dom. 35.

adopto, erwählen, an Kindes Statt annehmen: I. **abſolut:** quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit et, cum potuerit, sit expertus; dom. 34. non aetas eius, qui adoptabat, est quaesita, ut in Cn. Aufidio, M. Pupio; ib. 35. nego istam adoptionem pontificio iure esse factam: primum, quod eae vestrae sint aetates, ut is, qui te adoptavit, vel filii tibi loco per aetatem esse potuerit vel eo, quo fuit: deinde quod causa quaeri solet adoptandi, ut et is adoptet, qui, quod natura iam adsequi non potest, legitimo et pontificio iure quaerat, et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum aut de sacrorum religione minuatur, illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur; ib. 36. (vgl. alqm; dom. 37).

II. **mit Object:** alqm: quae omnis notio pontificum, cum adoptarere, esse debuit; dom. 34. num ... ob eam causam adoptari (velles), non ut eius filius esses, sed ut tribunus plebis fieres; ib. 35. quorum uterque nostra memoria, summa senectute, alter Oresten, alter Pisonem adoptavit; ib. quae maior calumnia est quam ... id ... videre omnis, non ut ille filius instituatur, sed ‖se‖ ut e patriciis exeat *et* tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari? neque id obscure; nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius, qui adoptarit: cur ergo adoptabat? dom. 37. ut cuique aliquid acciderit, qua re commodius sit esse plebeium, simili ratione adoptabitur; ib. te omnino, quod contra auspicia adoptatus esses, tribunum non fuisse; ib. 40. hora nona illo ipso die tu es adoptatus; ib. 41. maiorem sibi Iusuber ille avus adoptavit; Piso, fragm. 7. ſ. I. dom. 36.

senatorem: adoptat annos viginti natus, etiam minor, senatorem; dom. 34.

III. **mit doppeltem Accuſativ:** alqm — defensorem, ultorem, actorem: nam provincia accusat, cum is agit causam, quem sibi ille defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem causae totius adoptavit; div. Caec. 54. — patronum: illa erat causa iustissima, quod eum sibi Achaei patronum adoptarant; div. Caec. 64. conventus ille Capuae, qui propter salutem illius urbis consulatu conservatam meo me unum patronum adoptavit; Sest. 9. quibus (contumeliis) invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent; Phil. II, 107. atqui illum quinque et triginta tribus patronum adoptarunt; ib. VI, 12. quem umquam iste ordo patronum adoptavit? si quemquam, debuit me. sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? ib. 13.

censorem, imperatorem — patronum: ſ. III. alqm. Phil. VI, 13.

senatorem — filium: quae **maior calumnia est quam venire imberbum adulescentulum, bene** valentem ac maritum; dicere *se* filium senatorem populi Romani sibi velle adoptare; dom. 37.

adorior, angreifen: alqm: illi, qui erant cum Clodio, gladiis eductis partim recurrere (incipiunt) ad raedam, ut a tergo Milonem adorirentur; Milo 29.

hominem: auctor est ut quam primum agere incipiant hominemque id aetatis minime litigiosum quam tumultuosissime adoriantur; Verr. II, 37.

navem: postremam enim quamque navem piratae primam adoriebantur; Verr. V, 90.

servos: homines magni pretii servos M. Tullii necopinantis adoriuntur; Tull. 21.

tribunum: inermem atque imparatum tribunum alii gladiis adoriuntur, alii fragmentis saeptorum et fustibus; Sest. 79.

adorno, ausrüſten, vorbereiten: alqm: quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adornavi ‖adortavi, adhortatus sum‖; Arch. 28.

accusationem: fieri nullo modo posse ut idem accusationem et petitionem [consulatus] diligenter adornet atque instruat; Muren. 46. ſ. copiam.

comitium: vidi simul cum populo Romano forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri; Verr. I, 58.

comparationem: totius denique huius ab illa est et inventa et adornata comparatio criminis; Cluent. 191.

copiam: hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa [accusatio] omnis testium copia, quae futura est, a matre initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur atque ... comparatur; Cluent. 18.

forum: ſ. comitium.

iudicium: ſ. copiam.

maria: Italiae duo maria maximis classibus firmissimisque praesidiis adornavit; imp. Pomp. 35.

periculum: ſ. copiam.

petitionem: ſ. accusationem.

adp— ſ. app—

adrepo, herankriechen: alqs: quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed brevi tempore totum hominem totamque eius praeturam possederat: Verr. III, 158.

adripio, ergreifen, erfaſſen: alqm: ipse adripuit M'. Aquilium constituitque in conspectu omnium; Verr. V, 3. indicas eum te adripuisse, a quo non sis rogatus? Planc. 54.

alqd: quod enim ipse celeriter adripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur; Qu. Rosc. 31. qui .. id, quod mihi contra illos datum est, ipsi adripiunt; Tull. 33. haec homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus adripuit; Muren. 62.

apparitores: scribas, apparitores recentis adripe; Verr. III, 155.

arma: si quod in me telum intenderit, statim me esse adrepturum arma iudiciorum atque legum; har. resp. 7.

causam: hanc istum otii et pacis hostem causam adrepturum fuisse ad incendia, caedem, rapinas nolo, pontifices, suspicemini, nisi videritis; dom. 12.

cognomen: qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus adripuit; Sest. 69.

equitem — reum: est adreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus; Rab. Post. 11.

facultatem: mirandum vero est homines eos ... libenter adripere facultatem laedendi quaecumque detur! Flacc. 19.

familiam: „adrepta est familia;“ Sulla 54.

imperium: atque ille non mediocri cupiditate adripuit imperium; Ligar. 3.

legem: lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus, hausimus, expressimus; Milo 10.

maledictum: non debes, Marce, adripere maledictum ex trivio aut ex scurrarum aliquo convicio; Muren. 13.

paenulam: mulioniam paenulam adripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat; Sest. 82.

patricium: hanc ob amentiam in discordiis nostris ... adreptus est unus ex patriciis, cui tribuno pl. fieri non liceret; har. resp. 44.

scribas: s. apparitores.

telum: nemo ... fuit, qui non ... surrexerit telumque, quod cuique fors offerebat, adripuerit; Verr. IV, 95.

vitium: tu mihi adripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum; Muren. 13.

adrodo, benagen: rem publicam: quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur adrodere; Sest. 72.

adrogans, anmaßend: alqs: Marius, qui Indutiomaro isti minaci atque adroganti par in bello gerendo esse possit; Font. 36. de me autem ipso ‖ipso autem‖ vereor ne adrogantis sit apud vos dicere, ingrati tacere; leg. agr. II, 2. nec ... ego sum adrogans, quod me valuisse dico; Planc. 26.

alqd: quid est enim .. tam adrogans quam de religione ... pontificum conlegium docere conari? dom. 33.

dictum: sin te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum adrogans aut superbum movet; Sulla 25.

homines: proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum adrogantium nomina; Verr. a. pr. 15. paucos homines, ut levissime appellem, adrogantis ... Q. Opimium ... fortunis omnibus evertisse; ib. I, 155.

praedicatio: nec vereor ne haec mea vestrorum beneficiorum praedicatio non grata potius quam adrogans videatur; har. resp. 16.

veterani: quorum (veteranorum) etiam si amplecterer virtutem, ut facio, tamen, si essent adrogantes, non possem ferre fastidium; Phil. X, 18.

adroganter, anmaßend: dico: metuo ne quid adrogantius apud tales viros videar dicere; Verr. I, 10. audite consulem, iudices, nihil dicam adrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctis de re publica cogitantem! Muren. 78. ne quid adrogantius videar dicere; Phil. XII, 21.

facio: ne quid adrogantius, quam eius mores ferunt, facere videatur ‖videatur facere‖; Phil. XIII, 13.

(loquor): ego apud parentem loquor: „... delicti veniam peto, ut ignoscatur oro.“ si nemo impetravit, adroganter; Ligar. 30.

respondeo; iste sane adroganter, quod commodum fuit, respondit; Tull. 17.

adrogantia, Anmaßung: I. **Subject:** est apta: ex hac copia atque omnium rerum adfluentia primum illa apta est ‖apta, acta sunt‖ adrogantia, qua ‖quae‖ a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit; leg. agr. II, 95. — gravis, intolerabilis: quod erat odium, di immortales! ... quam gravis atque intolerabilis adrogantia! Cluent. 109. — molesta, odiosa: nam cum omnis adrogantia odiosa est tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima; div. Caec. 36. — tanta: quod eorum tantum fastidium est, quae tanta adrogantia, ut ..? Phil. XI, 38. — impedimento: tuis actionibus augurum responsa atque eius conlegii adrogantiam impedimento non futura; Vatin. 14.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** cognosco: sed adrogantiam hominis insolentiamque cognoscite; Phil. II, 84.

derideo: ut ... superbiam .. atque adrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis quam pertimescendam; Cluent. 112.

novi: novi hominis insaniam, adrogantiam; Phil. V, 29.

perduco: itaque illam Campanam adrogantiam ‖adrogantem‖ atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad inertissimum ac desidiosissimum otium perduxerunt; leg. agr. II, 91.

perfero: multorum stultitiam perpessus est, adrogantiam pertulit, difficultatem exsorbuit; Muren. 19.

pertimesco: s. derideo.

recordor: facite enim ut non solum mores et adrogantiam eius, sed etiam voltum atque amictum ... recordemini; Cluent. 111.

sedo: remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent adrogantiam; Flacc. 53.

video: at videte hominis impudentiam atque adrogantiam; Verr. IV, 151.

2. **Genetiv:** sum: suum codicem testis loco recitare adrogantiae ‖adrogantia‖ est; Qu. Rosc. 5.

III. **nach Adjectiv:** plenus: voltus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo adrogantiae; Muren. 49.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** vox: dic, aude, est tuae contumaciae, adrogantiae vitaeque universae vox; Qu. Rosc. 44.

2. **Ablativ:** mandata: at quae mandata! qua adrogantia! quo stupore! quo spiritu! Phil. VIII, 24.

V. **Umſtand: Ablativ:** opprimi: nunc usque eo est oppressa vestra adrogantia civitas, ut ..; Planc. 33.

postulare: s. I. est apta.

adrogo, anmaßen, zueignen: alqd: nec illud mihi adrogabo, me posse causam commodius demonstrare quam antea demonstrata sit; Quinct. 34. quoniam tu id tibi adrogas et concedi postulas, concedamus; ib. 56. iam id quidem adrogas tibi et praeclarum putas; ib. non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil adrogo, ut te copiosius quam me putem posse dicere; Sex. Rosc. 89. quo minus sibi adrogent minusque vos despiciant; Verr. IV, 26. quamquam mihi non sumo tantum neque adrogo, .. ut ... putem; Planc. 3. non vereor ne mihi aliquid .. videar adrogare, si de quaestura mea dixero; ib. 64. nihil enim mihi adrogo; Phil. VII, 8.

adsc— s. asc—.

adsectatio, Begleitung: habeo: homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum hanc in nostris petitionibus operam atque adsectationem; Muren. 70.

adsectator, Begleiter, Anhänger: I. **Subject:** impetrat: cum ab eo quidam vetus adsectator et ex numero amicorum non impetraret, uti se praefectum in Africam duceret et id ferret moleste; Verr. II, 29.

II. **nach Verb:** confligo cum: cum ducibus ipsis, non cum comitatu adsectatoribusque confligant; Balb. 62.

adsector, begleiten: necessarios: neque enim fieri potest neque postulandum est a nobis aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios [candidatos] adsectentur totos dies; Muren. 70.

adsecula, Begleiter, Anhänger: I. **nach Verben: Accuſativ:** commendo, trado: etenim quod esset iudicium, cum ex Verris turpissimo flagitiosissimoque comitatu tres recuperatorum nomine adsedissent, adseculae istius non a patre ei traditi, sed a meretricula commendati? Verr. III, 30.

recipio: se, cum suae partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tantum ‖tamen‖ praetores et consules, non legatorum adseculas, recipere solere; Verr. I, 65.

II. **Präpoſition:** ab: condemnari: quis porro erit quin malit decumanis tuis dare quod poposcerint, quam ab adseculis tuis quadruplo condemnari? Verr. III, 34. — neglegi: cum haec optima lex et ab illo socero eius et ab hoc adsecula neglegatur; Sest. 135.

adsensio, Beifall: quotiens enim est illa causa a nobis acta in senatu! quibus adsensionibus

universi ordinis, quam nec tacitis nec occultis! Milo 12.

adsensus, Zuſtimmung: cuius urbis servatorem me esse senatus omnium adsensu totiens iudicarit; dom. 101.

adsentatio, Schmeichelei: I. **Subject:** est perniciosa: ubi ... sermo insidiosus (est), adsentatio perniciosa; Flacc. 87.

II. **Ablativ:** depravare: „quamquam eos vos ‖quamquam vos‖ adsentationibus et venenatis muneribus venistis depravatum ‖† venistis. depravati, al.‖;“ Phil. XIII, 35.

immergere: qui ut se blanditiis et adsentationibus in Asuvii consuetudinem penitus immersit; Cluent. 36.

adsentator, Schmeichler: I. **nach Verb:** reprehendo: in quo reprehendat eum licet ..., modo leviter, non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut Graeculum, ut adsentatorem, ut poëtam; Piso 70.

II. **nach Subſtantiv:** persona: quam personam iam e cotidiana vita cognoscitis ‖cognovistis‖ .., mulierum adsentatoris. cognitoris viduarum; Caecin. 14.

adsentio, zuſtimmen: I. **unperſönlich:** cur committis ‖comitiis‖, Caesar, ut .. praestantissimus vir, si tibi non sit adsensum, repulsam tulisse videatur? Phil. XI, 19.

II. **perſönlich:** cives: ut eius semper voluntatibus non modo cives adsenserint, socii obtemperarint, hostes oboedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint; imp. Pomp. 48.

adsentior, zuſtimmen: alqs: adsensus ero: ambitionem induxero in curiam; negaro: videbor suffragio meo ... honorem homini amicissimo denegavisse; Phil. XI. 19. gravius si quis attulerit nomen, libenter adsentiar; ib. XIV, 10. — alicui: nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi adsentiare; div. Caec. 23. sed nunc isdem ‖pro eo isdem‖ vobis adsentior, cum quibus antea sentiebam; prov. cons. 25. vos sequor, patres conscripti, vobis obtempero, vobis adsentior; ib. mihi enim estis adsensi, cum ... supplicationem dierum decem ‖duodecim‖ decrevistis; ib. 27. reprehendo neminem, sed adsentior non omnibus; Balb. 61. adsentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo viro, voluit, ne ..; Phil. I, 3. ut, quamquam discessio facta non esset, tamen praeter paucos omnes mihi adsensuri viderentur; ib. VI, 3. quibus de rebus refers, P. Servilio adsentior; ib. VII, 27. atque ipse tamen Caesar praecepit vobis quodam modo, patres conscripti, ne sibi adsentiremini; ib. VIII, 2. ergo ille avunculus: num etiam vos avunculi, qui illi estis adsensi? ib. ei, qui primus sententiam dixerit, neminem adsensum; ib. X, 6. itaque non adsentior solum, sed etiam gratias ago Fufio; ib. XI, 15. errare cum, cui vos maximis saepe de rebus adsentiebamini; ib. XII, 1. honores ei decrevi quos potui amplissimos, in quibus mihi vos estis adsensi; ib. XIII, 8. de mandatis litterisque M. Lepidi ... Servilio adsentior; ib. 50. — clamori: clamori enim vestro adsentior; Phil. VI, 12. — dissensioni: neque me dissensioni meae pristinae putavi potius adsentiri quam praesentibus rei publicae temporibus et concordiae convenire; Balb. 61. — orationi: ut ego adsentiar orationi, defensionem tamen non probabo; Verr. III, 206. — rebus: consul egit eas res, quarum me participem esse voluit; quibus ego si minus adsentiebar, tamen ..; prov. cons. 41. — sententiae: haec agrorum adsignatio ... L. Caesaris ... sententia dissoluta est: huic enim adsensi VII virum acta sustulimus; Phil. VI, 14. non auditis meam sententiam flagitari? cui cum pridie frequentes essetis adsensi, postridie ad spem estis inanem pacis devoluti; ib. VII, 14. quapropter, ut invitus saepe dissensi a Q. Fufio, ita sum eius sententiae libenter adsensus; ib. XI, 15.

consularis: non modo voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne voltu quidem adsensus est; Phil. I, 14. ei .. illi ipsi, quos modo nominavi, consulares senatusque cunctus adsensus est; ib. II, 13.

gentes, Italia: civis is, quem hic ordo adsentiente Italia cunctisque gentibus conservatorem patriae iudicarat; Piso 23.

senatus: quam (sententiam) senatus frequens tum, cum mihi est adsensus, secutus est; dom. 9. a Q. Hortensio, cui tum est senatus adsensus; Planc. 87. cuius de laudibus et honoribus ... mihi senatus adsensus paulo ante decrevit, ut primo quoque tempore referretur; Phil. IV, 4. quo etiam ... minus laboravi, ut mihi senatus adsentiens tumultum decerneret, saga sumi iuberet; ib. VI, 16. ſ. consularis; Phil. II, 13.

adsequor, erlangen, erreichen: I. **abſolut:** seu recte seu perperam facere coeperunt (homines nobiles), ita in utroque excellunt, ut nemo nostro loco natus adsequi possit; Quinct. 31.

retardari: hoc adventu P. Sestii tribunorum plebis novorum ... reliquaeque coniurationis impetus et conatus sunt retardati; Sest. 11. ſ. reprimere; imp. Pomp. 13.

sepeliri: quod bellum exspectatione eius attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum; imp. Pomp. 30.

tollere: uno adventu, ex uno agro Q. Apronium ... ccc milia modium tritici lucri nomine sustulisse; Verr. III, 107. ſ. sepeliri.

vacuefieri: quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Catil. I, 16.

Zeit: fecerat hoc egregie primo adventu Metellus, ut ..; Verr. II, 63. adventu L. Metelli praetoris ... aditum est ad Metellum; ib. III, 152. quod Antonius uno adventu et vix menstruis cibariis fecerit, id istum per triennium fecisse; ib. 216. vehementer ab omnibus reclamatur; itaque illo tempore ac primo istius adventu pernegatur; ib. IV, 76. quod cum illis ... incredibile videretur, non est ab isto, primo illo adventu, perseveratum; ib. 85. cum adventu L. Sullae maximi exercitus in Italia ‖in Italiam‖ civium dissiderent *de* iudiciis ac legibus; Font. 6. dico eius adventu maximas Mithridati copias omnibus rebus ornatas atque instructas fuisse; imp. Pomp. 20. Romae .. recenti adventu suo cum propinquis suis decidit ne reos faceret; har. resp. 42. Q. Marcium ... adventu isto tuo

domi fuisse otiosum; Piso 54. itaque Ligarius, qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum adventu Vari conquievit; Ligar. 4.

2. **Präpoſitionen:** ante: hunc Verrucium neque ante adventum C. Verris neque post decessionem quicquam cum Carpinatio rationis habuisse; Verr. II, 188. in beneficio praetor hoc petit aliquanto ante adventum suum; ib. III, 44. ea domus ante istius adventum ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento; ib. IV, 3. altera (aedes), quae fuit ante istius adventum ornatissima, Minervae; ib. 118. cum a C. Verre litterae aliquanto ante adventum meum de laudatione venissent; ib. 141. magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum; Phil. XI, 35. nisi ante eius adventum rei publicae poenas dederis, ille huius belli feret principatum; ib. XIII, 44.

post: qui quod rostra iam diu vacua locumque illum post adventum L. Sullae a tribunicia voce desertum oppresserat; Cluent. 110. tertium tempus est, quod post adventum Vari in Africa restitit; Ligar. 5.

adversaria, Rechnungsbuch: I. **Subject:** amplectuntur: quid est quod neglegenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae; haec delentur statim, illae servantur sancte; haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem et religionem amplectuntur; haec sunt disiecta, illae sunt in ordinem confectae; Qu. Rosc. 7.

habent: quod si eandem vim, diligentiam auctoritatemque habent adversaria quam tabulae, quid attinet codicem instituere? Qu. Rosc. 6.

sunt disiecta, menstrua: ſ. amplectuntur.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** delco: ſ. I. amplectuntur.

profero: suum codicem testis loco recitare adrogantiae || adrogantia || est: suarum perscriptionum et liturarum adversaria proferre non amentia est? Qu. Rosc. 5. itaque adversaria in iudicium protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitavit; ib. 7.

scribo: ſ. I. amplectuntur.

2. **Dativ:** credo: si quod adversariis nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus; Qu. Rosc. 6.

3. **mit Präpoſitionen:** habeo in: quam ob rem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? nolebas sciri debere tibi Roscium: cur scribebas? rogatus eras, ne referres: cur in adversariis scriptum habebas? Qu. Rosc. 9.

iaceo in: quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? . . . „sunt duo menses iam," dices? tamen in codicem acceptum et expensum referri debuit. „amplius sunt sex menses." cur tam diu iacet hoc nomen in adversariis? quid si tandem amplius triennium est? quo modo, cum omnes, qui tabulas conficiant, menstruas paene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adversariis iacere pateris? Qu. Rosc. 8.

pateo in: non habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit; Qu. Rosc. 5.

refero in: ſ. iaceo in.

relinquo in: ſ. habeo in.

III. **Umſtand:** ex: usque eone te diligis et magnifice circumspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex adversariis petas? Qu. Rosc. 5. tu, C. Piso, . . . ex adversariis pecuniam petere non auderes; ib. 7.

adversarius, feindlich; Gegner: A. **bei Subſtantiven:** alqs: me quidem semper, ut scitis, adversarium multitudinis temeritati haec fecit praeclarissima causa popularem; Phil. VII, 4.

alqd: quo ego adiumento sperabam hanc a me posse molestiam demoveri, id mihi erat adversarium maxime; div. Caec. 4.

consules: quod eos consules, qui adversarii Sullae maxime fuerunt, potissimum nominavit; leg. agr. III, 6.

duces: necesse erat enim alterutrum esse hostem; nec poterat aliter de adversariis iudicari ducibus; Phil. III, 21.

res: cum autem audirem . . . eandem . . rem adversariam esse in iudicio Cn. Plancio, quae in petitione fuisset adiutrix, dolebam. Planc. 1.

tribunus: hic tribunus plebis modestus, prudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius; Cluent. 94.

vis: vis ea, quae iuri maxime est adversaria; Caecin 5.

B. **allein:** I. **abſolut:** 1. **Subject:** audent: adversarii non audebant contra dicere: exitus nullus reperiebatur; Verr. II, 59.

confitentur, cupiunt: nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitiari nullo modo potuerunt, cum maxime cuperent, id cum confessi sunt, meliore loco esse videantur; Tull. 1.

debent: nunc ita defenditur, non sane ut moleste ferre adversarii debeant, neque ut se potentia superari putent; Sex. Rosc. 148.

defendunt: reliqua iam praecipitantis tribunatus etiam post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii defenderunt, ne a re publica rei publicae pestis removeretur restiterunt; har. resp. 50.

demonstrat: postea sum usus adversarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium, quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse; Quinct. 88.

dicit: quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius; Tull. 24. ſ. audent.

edit: ſ. demonstrat.

fatetur: haec, quae mei testes dicunt, fatetur adversarius eos vere dicere; Tull. 24.

ferunt: ſ. debent. — iacet: ſ. II, 1. a. extollo.

iacit: ita fit ut ego, qui tela depellere et volneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adversarius nullum iecerit; Quinct. 8.

infitiantur: *antea sic hanc causam agere statueram, recuperatores, ut infitiaturos* adversarios arbitrarer, tantam caedem . . . ad familiam suam pertinere; Tull. 1. ſ. confitentur.

intendit: ſ. demonstrat. — negat: ſ. II, 2. obicio

obicit: quo *modo* enim non *mirer* sapientem adversarium, qui id obiciat, quod . .? Fr. B. XIII, IV, 4.

postulant: adversarii postulant, ut in eam rem iudices dentur ex eis civitatibus, quae . .; Verr. II, 38.

possunt: ſ. confitentur.

putant: ſ. debent.

resistunt: ſ. defendunt.

sunt: huic hominum generi fateor . . . multos adversarios, inimicos, invidos esse; Sest. 138. ſ. confitentur.

tacent: nihil esse tam periculosum fortunis innocentium quam tacere adversarios; Verr. I, 24.

videntur: ſ. confitentur.

2. **Appoſition:** septem praetores, octo tribuni plebei, illius adversarii, defensores mei; Milo 39.

3. **Prädicat:** sum: quis huic rei testis est? idem qui acerrimus adversarius; Quinct. 37. cum proscriberentur homines atque ex omni regione caperentur ei, qui adversarii fuisse putabantur; Sex. Rosc. 16. tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes ac te palam adversarium esse profiteris; ib. 84. nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis; Verr. I, 39. quis umquam crederet mulierum adversarium Verrem futurum? ib. 106. ergo aratores inimici omnes et adversarii sunt; ib. II, 149.

abl. absol: Servilius et recusare et deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo adversario, iudicium capitis in se constitueretur; Verr. V, 141.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** a. **Object:** attempto, cognosco, conloquor: omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, conloqui, attemptare; Verr. II, 135.

depello: ut maior facultas tribunis plebis detur depulso adversario seditionis ac discordiae concitandae; Muren. 83.

devincio: suos praemiis, adversarios clementiae specie devinxerat; Phil. II, 116.

devinco: ut devictis adversariis rem publicam in eo statu relinqueres, in quo nunc est; Marcell. 26.

extollo: adversarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem; Marcell. 8.

miror: s. I, 1. obicit.

mitto, percutio: ecquid sciat unum acerrimum adversarium Hermarchi, Theodosium, legatum ad senatum a civitate libera missum, sica percussum? har. resp. 34.

refuto: nemo enim horum aut ita te refutandum ut gravem adversarium aut ita rogandum || aut rogandum || ut religiosum testem arbitrabatur; Vatin. 1.

removeo: in hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi adversarium removere voluisse; Cluent. 85.

supero: s. I. debent.

video paratum: victoriae nostrae gravis adversarios paratos, interitus nullos esse ultores videbam; Planc. 88.

vinco: sed videbam, si vicissem praesentem adversarium, nimium multos mihi alios esse vincendos; sen. 33.

b. **prädicativ beim Object:** appello: ego semper illum appellavi hostem, cum alii adversarium; semper hoc bellum, cum alii tumultum; Phil. XII, 17.

habeo: deinde habet adversarium P. Quinctius verbo Sex. Naevium, re vera huiusce aetatis homines disertissimos; Quinct. 7. nisi eundem et adversarium et testem habuerit Roscius, nolo vincat; Qu. Rosc. 9.

profiteor; profiteor huic generi hominum me inimicum accusatorem, odiosum, adsiduum, acerbum adversarium; Verr. a pr. 36.

puto: te enim dicere audiebamus nos omnis adversarios putare, nisi qui nobiscum essent; te omnis, qui contra te non essent, tuos; Ligar. 33.

2. **Dativ:** accedo: iudices statuerunt, iniqua condicione reum causam dicere, cum adversario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet; Cluent. 94.

enuntio: iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga, qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum ipsis adversariis coiit; Sex. Rosc. 117.

est promptum: quod enim omnibus patet et aeque promptum est mihi et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest; Muren. 28.

licet: „non idem tibi adversario Caesaris licebit quod Pisoni socero;“ Phil. I, 28.

obicio: quid enim est minus non dico oratoris, sed hominis, quam id obicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit qui obiecerit? Phil. II, 9.

parco: *si L. Quinctius* . . . putavit ad officium suum pertinere, adversario nulla in re parcere; Tull. 4.

reddo: sic ego hoc contendo, me tibi ipsi [adversario], cuiuscumque tribus rationem poposceris, redditurum; Planc. 48.

respondeo: si tibi necesse putas etiam adversariis amicorum tuorum de iure consulentibus respondere; Muren. 9.

trado: at vero T. Roscius non unum rei pecuniariae socium fefellit, . . . verum novem homines fortissimos . . . decepit, destituit, adversariis tradidit; Sex. Rosc. 117. cum vero fidem ac religionem tuam iam alteri addictam pecunia accepta habueris, post eandem adversario tradideris maiore pecunia; Verr. II, 78.

3. **mit Präpositionen:** accipio a: ut tamquam fortis in pugna vir acceptis a forti adversario volneribus adversis honeste || homines, et honestis || cadere videatur; har. resp. 40.

coëo cum: s. II, 2. enuntio.

contendo cum: ita res se habet, ut . . . P. Quinctius, cuius . . . exiguae amicorum copiae sunt, cum adversario gratiosissimo contendat; Quinct. 2.

convenio inter: neminem voluerunt maiores nostri . . . esse iudicem, nisi qui inter adversarios convenisset; Cluent. 120. — convenit cum; damnum passum esse M. Tullium convenit mihi cum adversario; Tull. 23.

defero ad: est nescio quis de eis, quos amicos nostros arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deferat? Cluent. 143.

flagito ab: accusatorem urgebo atque insequar et ultro crimen ab adversario flagitabo; Flacc. 5 (3. 43).

postulo ab: vobis advocatis, vobis agentibus aliquotiens duos servos paternos in quaestionem ab adversariis Sex. Roscius postulavit; Sex. Rosc. 77.

transeo ad: tu, cum quaestor ad exercitum missus sis, . . . repente relinquas, deseras, ad adversarios transeas? Verr. I, 40.

III. **nach Substantiven:** 1. **Genetiv:** audacia: tres sunt res . . ., quae obstent hoc tempore Sex. Roscio: crimen adversariorum et audacia et potentia; Sex. Rosc. 35.

confessio: *causa Tullii tota continetur praetoris formula, re gesta, adversarii confessione*; Tull. 36. tum enim nostrae causae spes erat posita in defensione mea, nunc in confessione adversarii; Caecin. 5.

crimen: s. audacia.

dignitas: s. II, 1. a. extollo.

gratia: in hac eius modi causa . . . vehementius eum gratia adversarii perterrebit, quam fides iudicis consolabitur? Quinct. 59.

infitiatio: *vos in ipsa infitiatione adversarii aliquid scrupuli inventuri eratis*; Tull. 2.

locus: edito adversarii atque excelso loco superiorem se fore putarat Milo? Milo 53.

partes: ille adversariorum || in adversariorum || partibus agrum Picenum habuit inimicum; Phil. V, 44.

potentia: s. audacia.

praesidia: UT EORUM BONA VENEANT . . ., QUI IN ADVERSARIORUM PRAESIDIIS OCCISI SUNT; Sex. Rosc. 126.

testes: cum eis sive creditur, *creditur* hoc ipsum, quod nos arguimus, sive fides non habetur, de adversarii testium fide derogatur; Caecin. 3.

testimonium: s. I, 1. demonstrat.

vis: cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; Quinct. 10. huc accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit et vestra dignitas et vis adversariorum et Sex. Roscii pericula; Sex. Rosc. 9. noluerunt sapientissimi homines . . . ita quemquam cadere in iudicio, ut nimiis adversarii viribus abiectus videretur; Muren. 58.

2. **mit Präposition:** pugna cum: sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus? div. Caec. 47. — societas cum: s. II, 2. enuntio.

IV. **Umstand:** ab: est haec res posita, quae ab adversario non negatur; Caecin. 32.

apud: ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, . . . ut eum (Roscium) apud adversarios occisum esse diceret; Sex. Rosc. 127. qua re hominis

eius, qui *neque proscriptus* neque apud adversarios occisus est, bona venierint; ib. 130.

cum: hi vivunt cum inimicis, adsunt cum adversariis, habitant cum accusatoribus; Flacc. 23.

sine: erat eius modi causa, ut ille ne sine adversario quidem apud iniquum ‖ inimicum ‖ iudicem reperire posset quod ‖ quid ‖ diceret; Verr. II, 92.

Γude: ** adversarii; Fr. B. XV, 1, 1.

adversio, Richtung: iudico: si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi adversionem ‖ *remissionem* ‖ humanissimam ac liberalissimam iudicaretis; Arch. 16.

adversor, widerſtreben, beeinträchtigen: alqs (alicui: ſ. alqd. homines. scena. tribuni. — amentiae: ſ. fortuna): generi: qui autem adversabantur ei generi, graves et magni homines habebantur; Sest. 105. qui (populus) ita vehementer eos, qui populares habentur, respuat, eos autem, qui ei generi adversantur, honore dignissimos iudicet; ib. 114. — (legi: ſ. dignitas). — libidini: verum tamen huius libidini adversari nec poterat nec audebat; Verr. V, 82. — (naturae: ſ. causa). — ornamentis: ego vero quibus ornamentis adversor tuis? aut cui dignitati vestrae repugno? Sulla 50. — tabulis: nam Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis novis adversabatur; Phil. VI, 11. — voluntati: cuius nos virtutem admirati non ausi sumus adversari voluntati; Phil. IX, 9.

alqd: illa, quae mea summa voluntate senatus frequens repudiavit, mediocriter adversata tibi esse existimas? Muren. 47.

advocati: habetur de integro quaestio; nulla vis tormentorum acerrimorum praetermittitur; adversari advocati et iam vix ferre posse; Cluent. 177.

causa: neque enim causa adversata naturae est [nec homo] nec reus ‖ res ‖ misericordiae meae repugnavit; Sulla 20.

coniega: hoc duce, coniega autem eius, . . . optimo viro, primo non adversante, post etiam adiuvante, reliqui magistratus . . . fuerunt defensores salutis meae; Quir. 15.

dignitas: cui legi cum vestra dignitas vehementer adversetur, istius spes falsa et insignis impudentia maxime suffragatur; Verr. V, 178.

fortuna: attendite, quaeso, iudices, quanto opere istius amentiae fortuna ipsa adversata sit; Verr. II, 98.

homines: locupletis homines et gravis, ne sibi adversentur, testimonii denuntiatione deterret; Flacc. 18.

morbus: at ille properans, festinans, mandata vestra conficere cupiens, in hac constantia morbo adversante perseveravit; Phil. IX, 6.

scena: tibi, qui casu nullos (ludos) feceras, nihil huius istam ipsam, quam inrides, argenteam scenam adversatam putas? Muren. 40.

tribuni: quid Pompei statuae plausus infiniti? quid duobus tribunis plebis, qui vobis adversantur? Phil. I, 36.

adversum, gegen: facio: respondebat, SI PARET ADVERSUM ‖ ADVERSUS ‖ EDICTUM FECISSE; Verr. III, 69.

adversus, gegen: I. **nach Verben:** defendo: ego vero eam sententiam dixissem, ut me adversus populum Romanum, si qui accidisset gravior rei publicae casus . . ., facile possem defendere; Phil. I, 13.

facio: recuperatores reice, quod adversus edictum feceris; Verr. III, 70. *cum* optime sponsionem facere possent, NI ADVERSUS EDICTUM PRAETORIS VIS FACTA ESSET; Caecin. 45.

II. **zum Satz gehörig:** leges, res publica: utrum tibi pecuniae coactae conciliatae videntur adversus leges, adversus rem puplicam cum maxima sociorum iniuria, an vero id recte, ordine, e re publica, sine cuiusquam iniuria factum esse defendis? Verr. III, 194.

adversus, entgegengekehrt, widrig, feindlich: alqs: statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum; adversi raedarium occidunt; Milo 29.

alqd: in qua (re publica) nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent; leg. agr. II, 8.

corpus: ut cicatrices populus Romanus iudicesque aspicerent adverso corpore exceptas; Verr. V, 3.

fortuna: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem; har. resp. 54. — fortunae: itaque P. Sulla . . . et secundas fortunas amittere coactus est et in adversis sine ullo remedio atque adlevamento permanere; Sulla 66.

genus: unum genus est adversum infestumque nobis eorum, quos P. Clodii furor rapinis . . . pavit; Milo 3.

mentes: quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensae et adversae; Sulla 29.

monumentum: urbis enim celeberrimae et maximae partes adversum illud non monumentum, sed volnus patriae contuentur; dom. 146.

os: qui hasce ore adverso pro re publica cicatrices . . . accepit; Rabir. 36.

res: veri simile non est, ut, quem in secundis rebus, quem in otio semper secum habuisset, hunc in adversis et in eo tumultu . . . ab se dimitteret; Sulla 57. per quos (viros) res eius secundae quondam erant ornatae, nunc sublevantur adversae; ib. 75. haec studia . . . secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent; Arch. 16.

tempus: homo, quamquam erat et Siculus et reus, hoc est, et iure iniquo et tempore adverso; Verr. II, 70. hic, qui Romam pervenisset satisque feliciter anni iam adverso tempore navigasset; ib. 95.

volnera: ut tamquam fortis in pugna vir acceptis a forti adversario volneribus adversis honeste ‖ homines, et honestis ‖ cadere videatur; har. resp. 40. ſ. monumentum.

adverto: animum: ſ. **animadverto.**

advesperascit, es wird Abend: itaque tum de foro, cum iam advesperasceret, discessimus; Verr. IV, 147. cum advesperasceret et paulo ante esset de hoc Tempsano incommodo nuntiatum; ib. V, 41. cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium pervenerunt; Catil. III, 5.

adulescens, jugendlich, Jüngling: A. **bei Substantiven:** filius: cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adulescentibus filiis isset; Sex. Rosc. 64. cum ibidem essent duo adulescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent; ib. cum exanimatus subito ipse accurrit cum adulescente filio; Verr. V, 16. adulescenti filio adeundi ad illum miserum potestatem numquam esse factam; ib. 21. pro me non, ut pro P. Popilio, nobilissimo homine, adulescentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata; sen. 37. non enim pro meo reditu, ut pro P. Popilii, nobilissimi hominis, adulescentes filii et multi praeterea cognati atque adfines deprecati sunt; Quir. 6. cum adulescentem filium videret eiusdem socium calamitatis; ib. 20.

homo: homo adulescens cum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosset, fecit perite et callide; Verr. I, 97. tertium scis ex illo obsesso atque adflicto tribunatu consularem auctoritatem hominem esse adulescentem consecutum; Vatin. 16. ex te ipsa requiro . . ., cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Cael. 50. denuntiasti homo adulescens quid de summa rei publicae sentires; Planc. 52. quam veri simile porro est in tot hominibus partim obscuris partim adulescentibus neminem occultantibus meum nomen latere potuisse? Phil. II, 26. (vgl. B. II, 1. abduco; Verr. V, 73).

propinquus: communem enim hereditatem . . . concessit adulescenti propinquo suo; Flacc. 89. quod

laudem adulescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare; Ligar. 8.

B. **allein: I. absolut: 1. Subject, Apposition (Attribut):** abducit: alterum (equitatum) in Macedonia Cn. Domitius adulescens summa virtute, gravitate, constantia a legato Syriaco abduxit; Phil. X, 13.

abiciunt se: cum .. adulescentes nobilissimi cunctique equites Romani se ad lenonis impudicissimi pedes abiecissent; sen. 12.

adest: M. Caecilium, fratrem tuum, lectissimum atque ornatissimum adulescentem, non modo non adesse neque tecum tuas iniurias persequi, sed esse cum Verre, et cum illo familiarissime atque amicissime vivere; div. Caec. 29. qui adesse nobilissimos adulescentis, honestissimos equites Romanos, deprecatores salutis meae iusserit eosque operarum suarum gladiis et lapidibus obiecerit; Sest. 27.

adipiscuntur: ego adulescentis bonos et fortis, sed usos ea condicione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convolsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi; Piso 4.

agit: agit enim sic causam T. Accius, adulescens bonus et disertus, omnis civis legibus teneri omnibus; Cluent. 156.

attingit: nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit; Arch. 19.

audit: nonne audiente hoc Servio Sulpicio, clarissimo viro, ... et hoc Tito Torquato, optimo adulescente, ... confessus est? Deiot. 32.

augent: Africanus, T. Flamininus ‖Flaminius‖ admodum adulescentes consules facti tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint; Phil. V. 48.

cedunt: habet quidem certe res publica adulescentis nobilissimos paratos defensores: quam volent illi cedant otio consulentes; tamen a republica revocabuntur; Phil. II, 113.

cogitat: quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc divinum adulescentem deus, qui ... subito, praeter spem omnium, exortus prius confecit exercitum quem furori M. Antonii opponeret, quam quisquam hoc eum cogitare suspicaretur; Phil. V, 43.

cognoscit: cognovit adulescens; placuit homini prudentissimo; in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus; Balb. 63.

cohibet: nisi unus adulescens illius furentis impetus crudelissimosque conatus cohibuisset; Phil. III, 5.

commodat: quod mihi numquam veri simile visum est, adulescentem illo loco natum, patronum Siciliae, nomen suum isti ad translationem criminis commodaturum; Verr. IV, 91.

commoratur; cum esset adulescens apud mulierculam quandam atque ibi ‖ubi‖ pernoctaret, ibidem diem posterum commoraretur; Cluent. 37.

comparat: quae, cum esset in Asia adulescens, studiose, ut dixi, compararat; Verr. II, 83. C. Caesar adulescens, paene potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute ... firmissimum exercitum ... comparavit patrimoniumque suum effudit; Phil. III, 3.

concedit: hic vero adulescens, qui meus in Cilicia miles, in Graecia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater miserat, quos concursus facere solebat! quam se iactare, quam ostentare, quam nemini in illa causa studio et cupiditate concedere! Deiot. 28.

conferunt: sed qui haec vident adulescentes quonam suas mentis conferent? Sest. 95.

conficit: ſ. cogitat.

consequuntur: vos .., adulescentes, et qui nobiles estis, ad maiorum vestrorum imitationem excitabo, et qui ingenio ac virtute nobilitatem potestis consequi, ad eam rationem, in qua multi homines novi et honore et gloria floruerunt, cohortabor; Sest. 136.

consulunt: ſ. cedunt.

convellunt: ſ. adipiscuntur.

dat: quis enim eques Romanus, quis praeter te adulescens nobilis, quis ullius ordinis, qui se civem esse meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in clivo Capitolino non fuit? quis nomen non dedit? Phil. II, 16.

defendit: defendi rem publicam adulescens, non deseram senex; Phil. II, 118. Antoniusne potius et Ventidius partis Caesaris defenderent quam primum Caesar, adulescens summa pietate et memoria parentis sui? ib. XIII, 47.

deterret: adulescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Graecorum; postulat contionem; locupletis homines et gravis ne sibi adversentur, testimonii denuntiatione deterret; egentis et levis spe legationis et viatico publico, privata etiam benignitate prolectat; Flacc. 18.

dicit: bona ..., quae ... sese dicit emisse adulescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis, L. Cornelius Chrysogonus; Sex. Rosc. 6. qua de re Cn. Lentulum, patronum Siciliae, clarissimum adulescentem, dicere audistis Siculos ... questos esse; Verr. II, 103. ipsum dicere adulescentem audistis se ob hunc metum pecuniam Timarchidi numerasse; ib. V, 116. quem ille omni et humanitate et virtute ornatus adulescens primum de plebe aedilem curulem factum esse dixit; Planc. 58. ſ. nominat.

effundit: ſ. comparat; Phil. III, 3.

emit: acutus adulescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime sustulit; emit domum licitatoribus ‖litigatoribus‖ defatigatis prope dimidio carius quam aestimabatur ‖aestimabat‖; dom. 115. ſ. dicit; Sex. Rosc. 6.

equitat: ſ. concedit.

est (sunt) apud: ſ. commoratur. — cum: gener, lectus adulescens, unum annum tecum fuit; Verr. II, 49. cum hic Q. Catulus admodum tum adulescens, cum hic C. Curio ... cum consulibus essent; Rabir. 21. cum hac si qui adulescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur? Cael. 49. ſ. adest; div. Caec. 29. — in: si L. Natta, summo loco adulescens, qui et quo animo iam sit et qualis vir futurus sit videmus, in equitum centuriis voluit esse et ad hoc officium necessitudinis et ad reliquum tempus gratiosus; Muren. 73. ſ. comparat; Verr. II, 83. dat. — inter: numquam epulum videras? numquam puer aut adulescens inter cocos fueras? Vatin. 32. — carus: ſ. II, 2. contingit. — castus, modestus: quis enim hoc adulescente castior? quis modestior? Phil. III, 15. — civis: ſ. II, 1. hortor. — commilito, miles ſ. concedit. — gratiosus: ſ. est in; Muren. 73. — incolumis, vivus: non est pudoris mei, P. Scipione, florentissimo adulescente, vivo et incolumi me propugnatorem P. Scipionis ... profiteri; Verr. IV, 80. — inimicus, socius ſ. II, 2. accidit. — iucundus: ſ. attingit. — maior: quo maior adulescens Caesar, maioreque deorum immortalium beneficio rei publicae natus est, qui nulla specie paterni nominis nec pietate abductus umquam est, et intellegit maximam pietatem conservatione patriae contineri; Phil. XIII, 46. — nobiles: ſ. consequuntur. — praesto: M. Lollius, eius filius, adulescens lectissimus, praesto est; Verr. III, 63. — probatus: quod est obiectum, municipibus esse adulescentem non probatum suis; Cael. 5. — segnes: qua re moneo vos, adulescentes, atque hoc meo iure praecipio, qui dignitatem, qui rem publicam, qui gloriam spectatis, ne, si quae vos aliquando necessitas ad rem publicam contra impios civis defendendam vocabit, segniores sitis et recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis;

Sest. 51. — testis: gravius esse dicis, quod uno adulescente quam quod contione tota teste fecisti? dom. 126. — qui? quo animo? ſ. est in; Muren. 73.

exoritur: ſ. cogitat.

explet, expugnat: ſ. est cum; Cael. 49.

exsistunt: voluit vetere instituto, eorum adulescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua inlustri accusatione cognosci; Cael. 73.

facit: brevi tempore M. Fulcinius adulescens mortuus est: heredem P. Caesennium fecit; uxori grande pondus argenti matrique partem maiorem bonorum legavit; Caecin. 12. ne ‖nedum‖ valeat id, quod imperitus adulescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, sine conlegis, . . . furtim, mente ac lingua titubante fecisse dicatur; dom. 139. facere enim probus adulescens periculose quam perpeti turpiter maluit; Milo 9. qui igitur adulescens, nondum tanta gloria praeditus, nihil umquam nisi severissime et gravissime fecerit, is ea existimatione eaque aetate saltavit? Deiot. 27. hic ergo adulescens maximi animi . . . castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est secundumque proelium fecit; Phil. XIV, 28. ſ. concedit.

furit: ſ. III. audacia.

gerit: quae sua sponte clarissimus adulescens atque omnium praestantissimus gessit et gerit; Phil. III, 7. ſ. augent.

habet: ſ. II. 2. ignosco.

iactat se: ſ. concedit.

instituit: te sororis filius Postumius, adulescens gravis, senili iudicio, notavit, cum in magno numero tutorem liberis non instituit; Sest. 111.

intellegit: ſ. est maior. emit. II, 2. sum; Piso 68.

invenit: „o fortunate“ inquit „adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!“ Arch. 24.

legat: ſ. facit; Caecin. 12.

loquuntur: atque ipsi etiam adulescentes cum Sextio suo de plaga et de uno illo ictu loquebantur; Verr. V, 119.

mavolt: ſ. facit; Milo 9.

meretur: qui si adulescens patre suo imperatore non meruisset, aut hostem aut patris imperium timuisse aut a parente repudiatus videretur; Muren. 11.

moritur: nego illum adulescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum; Cluent. 168. ſ. facit; Caecin. 12.

natus est: ſ. est maior.

nominat: tantus in adulescente clarissimo ac principe inventutis pudor fuit, ut aliquam diu, cum a me premeretur, omnia potius responderet, quam Chelidonem nominaret. primo necessarios istius ad eum adlegatos esse dicebat; deinde aliquando coactus Chelidonem nominavit; Verr. I, 139.

notat: ſ. instituit.

numerat: ſ. dicit; Verr. V, 116.

opponit: ſ. cogitat.

ornant: ſ. augent.

ostentat se: ſ. concedit.

partitur: ſ. II, 1. facio; Cluent. 21.

patitur: cum tu unus adulescens universum ordinem decernere de salute rei publicae prohibuisti, neque semel, sed saepius, neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es; Phil. II, 52.

permovet: sic adulescens ingenii plenus locupletis metu, tenuis praemio, stultos errore permovit; Flacc. 15.

pernoctat: ſ. commoratur.

perpetitur: ſ. facit; Milo 9.

persequitur: Caesar, singulari pietate adulescens, poteritne se tenere quin D. Bruti sanguine poenas patrias persequatur? Phil. XIII, 46. ſ. adest; div. Caec. 29.

pertimescit: quia pertimuerat adulescens, quod eandem suam causam videbat esse quam illorum, qui innocentes peribant; Verr. V, 116.

placet: ſ. cognoscit.

postulat: ſ. deterret.

potest: ſ. consequitur. persequitur.

proficiscitur: Q. Lollius, eiusdem filius . . ., adulescens et bonus et fortis et in primis disertus, cum his contumeliis iniuriisque ‖iniuriis contumeliisque‖ commotus in Siciliam esset profectus, in itinere occisus est; Verr. III, 69.

prohibet: ſ. patitur.

prolectat: ſ. deterret.

putant (?): a sua putat eius (causam) esse seiunctam; neque solum Caelius, sed etiam adulescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis studiis atque optimis artibus praediti, Titus Gaiusque**; Cael. 24.

refugiunt, spectant: ſ. est segnis.

respondet: ſ. nominat.

solet: ſ. concedit.

student: quamquam multi boni adulescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt; Cael. 10.

suscipit: nuper vero cum M. Antonius . . . gravissimam . . adulescens nobilissimus rei publicae partem fortissime suscepisset atque illam beluam . . . iam inretitam teneret; Milo 40.

tenet: ſ. suscipit. — se: ſ. persequitur.

timet: ſ. meretur.

tollit: ſ. emit.

tutatur: ſ. facit; Phil. XIV, 28.

venit: ſ. deterret.

vident: ſ. conferunt. pertimescit. — videtur: ſ. est cum; Cael. 49. meretur.

vivit: ſ. adest; div. Caec. 29.

vocat: an hic, si sese isti vitae dedisset, consularem hominem admodum adulescens in iudicium vocavisset? Cael. 47. ſ. II, 1. accuso.

volitat: volitat enim ante oculos istorum luba regis filius, adulescens non minus bene nummatus quam bene capillatus; leg. agr. II, 59.

volt: ſ. cedunt. est cum; Cael. 49. est in.

utitur: pater tuus . ., quo utebar sene auctore adulescens; Phil. VIII, 13. ſ. adipiscitur.

2. **Prädicat**: sum: Metelli est filius in provincia non puer, sed adulescens bonus ac pudens ‖pudens ac bonus‖, dignus illo loco ac nomine; Verr. III, 159. magni honores habiti Cn. Pompeio, cum esset adulescens, et quidem iure; Phil. V, 43.

abl. absol: hoc enim adulescente scitis consulatum mecum petisse Catilinam; Cael. 10.

3. **Vocativ**: ſ. 1. consequuntur. est segnis. invenit.

II. **nach Verben**: 1. **Accusativ**: abduco: formosi homines et adulescentes et artifices domum abducti; Verr. V, 73. ſ. I, 1. est maior.

absolvo: iudicio absoluti adulescentes et suspicione omni liberati sunt; Sex. Rosc. 65.

accipio: habebat enim rhetor iste *discipulos* adulescentis quosdam locupletis, quos dimidio redderet stultiores quam acceperat; Flacc. 47.

accuso: cum audiat nullum facinus . . . in iudicium vocari, sed adulescentem inlustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis; Cael. 1.

adaequo: ſ. I, 1. cognoscit.

adduco: cum Magnum Pompeium, clarissimum adulescentem, praestantissimi viri filium, auctoritate adduxit ad pacem; Phil. XIII, 8. ſ. I, 1. facit; dom. 139.

adhibeo: ad quam (dedicationem) non . . . pontificem, non denique* adulescentem quemquam, cum haberes in conlegio familiarissimos, adhibere potuisti; dom. 118.

admiror: te, si quid eius modi facis, non modo talem adulescentem, sed in ea causa, in qua te vin-

dicem coniurationis velis esse, vehementer admiror; Sulla 31.

alo: quae etiam aleret adulescentis et parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret; Cael. 38.

amo: in eum adulescentem hoc scribere audere, quem ego et frater meus propter eius suavissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium certatim amamus omnibusque horis oculis, auribus, complexu tenemus? Phil. III, 18.

appello: te nunc, P. Scipio, te, inquam, lectissimum ornatissimumque adulescentem appello; Verr. IV, 79. adulescentem nobilem Caesonium, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; Piso, fragm. 4. o C. Caesar — adulescentem appello —, quam tu salutem rei publicae attulisti! Phil. III, 27.

circumscribo: parata de circumscribendo adulescente sententia consularis; Phil. XIII. 19.

cognosco: Tmolites ille vicanus ... vos docebit qualis sit L. Flaccus, quem vos modestissimum adulescentem, provinciae maximae sanctissimum virum ... cognoverunt? Flacc. 8.

cogo: ſ. I, 1. nominat.

cohortor: ſ. I, 1. consequitur.

commoveo: nimis urgeo: commoveri videtur adulescens; ad me revertar; Ligar. 9. ſ. I, 1. proficiscitur.

dedo: ut ex sinu patriae nobilissimus adulescens et ex complexu matris ereptus innocens filius istius ‖adulescens istius‖ carnifici Sextio dederetur; Verr. V, 125.

deligo: ego ex praefectura Reatina compluris delectos adulescentis, quorum opera utor adsidue in re publica, praesidio cum gladiis miseram; Catil. III, 5.

eripio: ſ. dedo.

excito ſ. I, 1. consequuntur.

facio: is heredem fecit illum adulescentem Oppianicum, sororis suae filium, eumque partiri cum Dinaea matre iussit; Cluent. 21. quaestor C. Caelius, clarissimus ac fortissimus adulescens, tribuni plebis P. Rutilius Rufus, C. Fimbria ... facti non sunt, quos tamen omnis consules scimus factos esse; Planc. 52. ſ. I, 1. augent.

habeo: pluris habetur quam L. Trebellius, pluris quam T. Plancus, *** adulescens nobilis; Phil. VI, 10. ſ. accipio. I, 1. cedunt. II. 2. nubo.

honoro: saepe spero fore huius adulescentis ornandi ‖hortandi‖ honorandique et nobis et populo Romano potestatem; Phil. V, 45.

hortor: quid est aliud hortari adulescentis ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? Phil. I, 22.

incito: etenim semper magno ingenio adulescentes refrenandi potius a gloria quam incitandi fuerunt; Cael. 76.

instituo: „haec est igitur tua disciplina? sic tu instituis adulescentis?" Cael. 39.

investigo: ab eis flens petivit, ut negotium susciperent, adulescentem investigarent; Cluent. 22.

libero: ſ. absolvo.

mitto: etiam filium suum, lectissimum adulescentem, foras ad propinquum suum quendam mittit ad cenam; Verr. I, 65. ſ. deligo.

moneo: ſ. I, 1. est signis.

nomino: cum ... ad rem nihil intersit, utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem; Sex. Rosc. 47.

obicio: ſ. I. adest; Sest. 27.

occido: ſ. I, 1. proficiscitur.

offero: ſ. I, 1. cogitat.

opprimo: ne eadem mulier cum suo coniuge et fratre *et* turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adulescentem oppressisse videatur; Cael. 78.

oppugno: ſ. accuso.

orno: ſ. honoro.

premo: ſ. I, 1. nominat.

privo: ſ. I, 1. adipiscuntur.

prohibeo: patri persuasi, ut aes alienum filii dissolveret; redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum, rei familiaris facultatibus eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione patrio iure et potestate prohiberet; Phil. II, 46.

reddo: ſ. accipio.

redimo: ſ. prohibeo.

refreno: ſ. incito.

relinquo: quid? ergo ‖quid ergo?‖ iste homo ex eius modi civitate, adulescens nobilissimus, testis relinquetur? Verr. V, 105.

repudio: ſ. I, 1. meretur.

revoco: ſ. I, 1. cedunt.

teneo: ſ. amo.

trado: adulescentis in disciplinam ei tradite; Verr. I. 115.

video: is cum istum adulescentem iam tum hac dis irata fronte vidisset, non fastidivit eius amicitiam, cum esset praesertim appetitus; Piso 68. deliciarum causa et voluptatis non modo ‖civis Romanos, sed et‖ nobilis adulescentis, sed ‖et‖ quosdam etiam senatores, summo loco natos, ... in celeberrimo oppido cum † maeciapella saepe videmus ‖videri, videre‖; Rab. Post. 26.

voco: ſ. I, 1. est signis.

volnero: ſ. III. audacia.

2. **Dativ:** accidit: quid enim accidere huic adulescenti potuit optatius quam cognosci ab omnibus Caesaris consiliorum esse socium, Antonii furoris inimicum? Phil. III, 17.

contingit: utinam C. Caesari, patri dico, contigisset adulescenti, ut esset senatui atque optimo cuique carissimus! Phil. V, 49.

dico: si hoc idem huic adulescenti optimo P. Sestio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem; Catil. I, 21.

do: intestatum dico esse mortuum possessionemque eius bonorum ... huic, illius sororis filio, adulescenti pudentissimo et in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis; Cluent. 165. (venenum) datum esse aiunt huic ‖hoc‖ P. Licinio, pudenti adulescenti et bono, Caelii familiari; Cael. 61. non denique ... L. Sisenna bonorum Cn. Cornelii possessionem ex edicto suo P. Scipioni adulescenti summa nobilitate, eximia virtute praedito non dedisset; Fr. B. VI, 18.

ignosco: sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adulescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem .. pietatis; Cael. 2.

nubo: quae (filia) ... nupsit A. Aurio Melino, consobrino suo, adulescenti in primis, ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili; Cluent. 11.

paro: alterum veneficii crimen Oppianico huic adulescenti, cum eius in nuptiis more Larinatium multitudo hominum pranderet, venenum Habiti consilio paratum; Cluent. 166.

respondeo: quo in loco ... adulescenti ingenioso et bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis ... respondebo; Muren. 64.

spondeo: illud septiens miliens, quod adulescenti, patres conscripti, spopondistis, ita discribetur, ut ..; Phil. XIII, 12.

sum: hanc Palatinam Medeam eamque migrationem ‖Medeam migrationemque‖ huic adulescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse; Cael. 18. sed tamen lubricum genus orationis adulescenti non acriter intellegenti est saepe praeceps; Piso 68. ſ. III. sensus.

3. **mit Präpoſitionen:** aufero a: tu a M. Caelio, equite Romano, lectissimo adulescente, quae voluisti Lilybaei abstulisti; Verr. IV, 37.

dico de: quid de adulescente P. Apinio ‖Papinio, al.‖ dicam? Milo 75.

edico in: ignorans, quaecumque falso [in eum] ediceret in sanctissimum adulescentem, ea vere recidere in memoriam pueritiae suae; Phil. XIII, 19.

postulo ab: praeterea servum illum Nicostratum ... ab hoc adulescente Oppianico in quaestionem postulavit; Cluent. 176.

scribo in: ſ. 1. amo.

sileo de: ne, si de clarissimo adulescente siluero, invidisse videar Antonio; Phil. XIII, 28.

sum in: tamen quanta est in adulescente auctoritas, ea propter tantam coniunctionem adfinitatis minor est putanda; dom. 118. ſ. I, 1. nominat.

III. **nach Subſtantiven:** amicitia: ſ. II, 1. video; Piso 68.

amor: ea igitur mater Habiti, Melini illius adulescentis, generi sui, . . . amore capta, primo . . . se continebat; Cluent. 12.

animus: animum adulescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit eis omnibus rebus, quibus . .; Cluent. 13.

audacia: videbam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adulescentis furentis, nobilis, volnerati non posse arceri otii finibus; har. resp. 4.

avunculus: cum hanc eius consuetudinem audaciamque cognosset avunculus illius adulescentis Oppianici; Cluent. 33.

caedes: quid? illa caedes Asuvii Larinatis, adulescentis pecuniosi, quam clara tum recenti re fuit? Cluent. 36.

circumscriptiones: cum omnis ab eis fraus, omnes insidiae circumscriptionesque adulescentium nascerentur; Cluent. 46.

copia: qui in summa copia optimorum adulescentium pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem; Vatin. 26.

crimina: De Postumi criminibus. De Servii adulescentis; Muren. 57.

epulum: Fausti, adulescentis nobilissimi, paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expleras? Vatin. 32.

exemplum: ſ. I, 1. exsistunt.

fama: in hoc flexu quasi aetatis . . . fama adulescentis paulum haesit ad metas notitia nova mulieris et infelici vicinitate et insolentia voluptatum; Cael. 75.

fraus: ſ. circumscriptiones.

fundus: sacrarium Bonae deae, quod est in fundo T. Sergii Galli, in primis honesti et ornati adulescentis; Milo 86.

ingenium: ſ. II, 1. amo.

insidiae: ſ. circumscriptiones.

insula: at hunc eis ipsis ludorum diebus videbam in insula clarissimi adulescentis, Luculli, propinqui sui; Phil. X, 8.

libertus: si redacta (est pecunia) per hunc Antiochum paternum huius adulescentis libertum seni illi Flacco probatissimum; Flacc. 89.

misericordia: animi . . . omnium Larinatium odio Oppianici et illius adulescentis misericordia commoventur; Cluent. 24.

mores: ſ. II, 1. amo.

necessarii: litteras Larinum ad Aurios illius adulescentis suosque necessarios mittunt; Cluent. 23.

nomen: laudo vos, Quirites, quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adulescentis vel pueri potius; Phil. IV, 3.

nuptiae: ſ. II, 2. paro.

opera: ſ. II, 1. deligo.

oratio: in quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adulescentis cohaerebat oratio; Cael. 15.

parentes: veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adulescentium; Verr. V, 108.

pater: quis huic rei testis est? idem, qui sui luctus, pater; pater, inquam, illius adulescentis; Cluent. 168.

propinqui: ſ. parentes.

pudor: neque . . . pudor patiebatur optimi adulescentis in tali illum oratione versari; Cael, 7. sic ab illo . . . viro dilectus est, ut et contubernii necessitudo et adulescentis modestissimi pudor postulabat; Planc. 27.

rogatu: emissus *(est)*, ut cognostis, necessarii hominis optimique adulescentis rogatu; Planc. 31.

scelus: ſ. audacia.

sensus: omnis habeo cognitos sensus adulescentis: nihil est illi re publica carius, nihil vestra auctoritate gravius, nihil bonorum virorum iudicio optatius, nihil vera gloria dulcius; Phil. V, 50.

squalor: tamen filii pietas, propinquorum preces, adulescentium squalor, maiorum natu lacrimae populum Romanum movere potuerunt; Quir. 6.

testimonium: iam Heraclii Centuripini, optimi nobilissimique adulescentis, testimonium audistis; Verr. II, 66.

virtus: ut duorum consulum munus unius adulescentis virtuti committeretur; imp. Pomp. 62.

IV. **Umſtand: Präpoſitionen:** ab: corrumpi: Phidippum medicum, servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adulescente esse corruptum; Deiot. 17. — fieri: quod etiam si est factum, certe a Caelio non est. quid enim attinebat? est enim ab aliquo fortasse adulescente non tam insulso quam non verecundo; Cael. 69. — **Zeit:** nam qui ab adulescente quaestum sibi instituisset sine impendio . . ., mediocri quaestu contentus esse non poterat; Quinct. 12.

ex: deinde ex impuro adulescente et petulante, postea quam rem paternam ab idiotarum divitiis ad philosophorum reculam perduxit, Graeculum se atque otiosum putari voluit, studio litterarum se subito dedidit; Sest. 110.

adulescentia, Jugend, Jünglingsalter: I. **abſolut:** 1. **Subject:** est liberior: detur aliquid ‖aliqui ludus‖ aetati; sit adulescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; Cael. 42. — modesta: qui cum honestissimo patre atque maioribus, modestissima adulescentia, clarissima legatione . . . petisset; Muren. 58. — turpis: si turpi adulescentia, vita infami . . . in iudicium vocaretur; Font. 34.

floret: qui, cum eius adulescentia in amplissimis honoribus summi viri, L. Philippi vitrici, florere potuisset, usque eo non fuit popularis, ut bona solus comesset; Sest. 110.

indiget: magis mea adulescentia indiget illorum bona existimatione quam illorum severissima senectus desiderat meam laudem; Qu. Rosc. 44.

ingreditur, insistit: natura . . . multas vias adulescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset; Cael. 41.

init: qui me ad defendendos homines ab ineunte adulescentia dedissem; div. Caec. 4. qui extrema pueritia miles in exercitu fuit summi imperatoris, ineunte adulescentia maximi ipse exercitus imperator; imp. Pomp. 28.

potest: ſ. floret. ingreditur.

valet: fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii neque lacrimas utriusque plus valuisse quam utilitatem salutemque provinciae; Verr. V, 22.

2. **Ausruf** (acc.): ſ. II, 1. traduco.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adfligo: ne aut senectutem iam prope desperatam contempsisse aut adulescentiam plenam spei maximae non modo non aluisse vos, sed etiam perculisse atque adflixisse videamini; Cael. 80.

alo: haec studia adulescentiam alunt ‖agunt‖, senectutem oblectant; Arch. 16. ſ. adfligo.

capio: Oppianicus continuo sperare coepit, hoc se Avillio tamquam aliqua machina admota capere Asuvii adulescentiam et fortunas eius patrias expugnare posse; Cluent. 36.

commendo: nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis accusatione adulescentiam suam potissimum commendare voluisset; Cael. 15.

conloco: „ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit, ut in amore atque in voluptatibus adulescentiam suam conlocaret?“ Cael. 39.

deposco: hac nunc ‖enim‖ lege Caelii adulescentia non ad rei publicae poenas, sed ad mulieris libidinosae ‖libidines et‖ delicias deposcitur; Cael. 70.

do: multos .. vidi ..., non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae et extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adulescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando; Cael. 28.

erudio: cuius adulescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est erudita; imp. Pomp. 28.

excipio: itaque excipitur hac lege non adulescentia, non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non . .; leg. agr. II, 24.

instituo: ſ. II, 2. convenio; Flacc. 2.

noto: cum adulescentiam notaris, cum reliquum tempus aetatis turpitudinis maculis conspersseris ..., tum . . . audiemus; Flacc. 5 (§. 21).

orno: Q. Metelli** adulescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata; Fr. B. VI, 2.

percello: ſ. adfligo.

profero: haec magnitudo maleficii facit ut, nisi paene manifestum parricidium proferatur, credibile non sit; nisi turpis adulescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata, nisi . .; Sex. Rosc. 68.

propono: quod cum huius vobis adulescentiam proposueritis, constituitote ante oculos etiam huius miseri senectutem; Cael. 79.

traduco: o adulescentiam traductam eleganter! cui quidem cum quod licuerit obiciatur, tamen id ipsum falsum reperiatur; Planc. 31.

2. **Dativ:** convenio: quae (accusatio) sceleratorum civium potius odio et furori quam ipsius virtuti atque * institutae adulescentiae conveniret; Flacc. 2. ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis adulescentiae M. Caelii maxime convenire, ut . .; Cael. 3.

do: permitto aliquid iracundiae tuae, do adulescentiae, cedo amicitiae, tribuo parenti; Sulla 46.

ignosco: ego si quid liberius dixero, vel occultum esse, propterea quod nondum ad rem publicam accessi, vel ignosci adulescentiae poterit; Sex. Rosc. 3.

licet, obicio: ſ. II, 1. traduco.

ostendo: ſ. I. ingreditur.

sum: ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti; Arch. 5.

discriptio: in quo igitur praetoris est diligentia requirenda? in numero navium et in discriptione ‖descriptione‖ aequabili ‖aequali‖ sumptus ‖sumptus?‖; Flacc. 32.

fortuna: et si nihil est homini magis optandum quam prospera, aequabilis perpetuaque fortuna; Quir. 2.

ratio: in quibus quantus splendor sit, quam prope aequabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitae, nemo vestrum ... ignorat; Cluent. 46.

satio: in iugero Leontini agri medimnum fere tritici seritur perpetua atque aequabili satione; Verr. III, 112.

aequabilitas, Gleichmäßigkeit, Unparteilichkeit: vitare: qua in sorte sapiens praetor ... offensione vitata ‖offensionem vitat‖ aequabilitate decernendi benevolentiam adiungit lenitate audiendi; Muren. 41.

aequabiliter, gleichmäßig: emo: cum ex senatus consulto ... frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret; Verr. V, 52.

inruo: etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos inruebat; Milo 76.

sum eius modi: ita enim tum aequabiliter omnes erant eius modi, ut ..; Verr. I, 56.

aequalis, gleichaltrig, Altersgenosse: A. **bei Substantiven:** arae: vos .., Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales; Milo 85.

benevolentia: cuius benevolentia in populum Romanum est ipsius aequalis aetati; Phil. XI, 33.

sacrificium: quod sacrificium tam vetustum est quam hoc, quod a regibus aequale huius urbis accepimus? har. resp. 37.

B. **allein:** I. **Subject:** putant: nec se aequales tui propter istam causam abs te anteiri putant; Sulla 23.

valet, versatur: ſ. II, 2.

vident: cuius plerique aequales minus saepe castra viderunt quam hic triumphavit; Balb. 9.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** amo: quem veretur ut deum ..., amat vero ut sodalem, ut fratrem, ut aequalem; Planc. 29.

anteeo: ſ. I. putant.

2. **Dativ:** concedo: nemini umquam concessit aequalium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur causisque amicorum, plus ut valeret inter suos gratia; Cael. 74.

III. **nach Subſtantiv:** alqs: ſ. II, 2.

studia: quem ... non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent; Cael. 39. cuius prima aetas dedita .. fuit ... eis studiis aequalium, ut eundem quem optimi ... petere cursum laudis videretur; ib. 72.

IV. **Umſtand:** inter: quas (leges annalis) multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter aequalis; Phil. V, 47.

aequalitas, Gleichheit: in: quis est qui horum consensum conspirantem et paene conflatum in hac prope aequalitate fraterna [non] noverit, ‖ noverit? ‖ qui hoc non sentiat ...? Ligar. 34.

aequaliter, gleich, gleichmäßig: distribuo: quod praeterea civitatibus aequaliter esset distributum; Verr. III, 163.

partior: quod tum redactum esset, aequaliter omnes partirentur; Qu. Rosc. 53.

venio: hereditatem, quae aequaliter ad utrumque lege venisset; Flacc. 89.

versor: ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum; Milo 78.

aequatio, Gleichſtellung: flagito: confusionem suffragiorum flagitasti, perrogationem ‖ prerog., prorog. ‖ legis Manliae, aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum; Muren. 47.

aeque, gleich, ebenſo: I. **bei Verben und Participien:** cognitus: quibus autem propter senectutem ... non aeque est cognitus, ei ..; Cael. 3.

condemno: aeque enim tabulae condemnantur eius, qui verum non rettulit, et eius, qui falsum perscripsit; Qu. Rosc. 2.

credo: de hoc ego teste detraham? cui aeque ac meo testi ut credatis postulo; Caecin. 26.

defendo: ea (vestra tecta) ... aeque ac priore nocte custodiis vigiliisque defendite; Catil. III, 29.

desidero: quem forum (magis) luxit? quem aeque ipsa tribunalia desideraverunt? Sest. 128.

laboro: libentissime praedicabo Cn. Pompeium studio et auctoritate, aeque atque ‖ aeque ‖ unum quemque vestrum, ... pro mea salute laborasse; dom. 30.

occupatus: ceteri, qui aeque atque ego sunt occupati; har. resp. 18.

pertimesco: ne censorium stilum ... aeque posthac atque illum dictatorium ‖ [gladium] ‖ pertimescamus; Cluent. 128.

requiro: populus Romanus ... nihil aeque in re publica atque illam veterem iudiciorum vim gravitatemque requirit; div. Caec. 8.

restituo: eam rem publicam habuistis, ut aeque me atque illam restituendam putaretis; Quir. 14.

scribo: cum lege aequissime scripta venderent; Verr. III, 147.

sollicito: quos tamen ipsos aeque et eos, quos praesentis videtis, huius exspectatio iudicii dies noctisque sollicitat; Cluent. 195.

valeo: „accusat C. Cornelii filius et id aeque valere debet ac si pater indicaret;“ Sulla 51.

II. **bei Adjectiven (Subſt.) und Adverbien:** acerbus: ut ... ea aeque acerba et indigna videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; div. Caec. 38.

amicus: quorum alter ... semper aeque mihi amicus fuit ac sibi; Piso 80.

bonus: „cum essetis aeque boni viri;“ Planc. 12. sunt omnes sine macula, sunt aeque boni viri atque integri; ib. 15.

carus: quod eis aeque mea salus cara fuerit; Planc. 68.

commode: quasi vero, si laudanda pax esset, ego id aeque commode facere non possem; Phil. VIII, 11.

gravis: numen .. vestrum aeque mihi grave et sanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum; Quir. 18.

incertus, infinitus: CONVENERIT aeque incertum et infinitum est; Cluent. 157.

indignus: ſ. acerbus.

inimicus: quis enim cuiquam inimicior quam Deiotaro Caesar? aeque atque huic ordini, ut equestri, ut Massiliensibus, ut omnibus, quibus ..; Phil. II, 94.

integer: ſ. bonus; Planc. 15.

magnus: si protinus aliis aeque magnas (pecunias) aut solverunt aut dederunt; Font. 3.

necessarius: procurator aeque utriusque necessarius; Quinct. 86.

nefarius, perfidiosus: aeque enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere ... et pupillum fraudare ... et socium fallere; Qu. Rosc. 16.

promptus: quod .. omnibus patet et aeque promptum est mihi et adversario meo; Muren. 28.

sanctus: ſ. gravis.

sollemnis: si tribunus plebis verbis non minus priscis et aeque sollemnibus bona cuiusquam consecrarit; dom. 123.

turpis: in rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequeque turpe atque illud, de quo ante dixi; Sex. Rosc. 116.

tutus: possumusne igitur in Antonii latrocinio aeque esse tuti? Phil. XII, 28.

aequitas, Gleichheit, Billigkeit, Gleichmuth: I. **Subject:** adiuvat: non intellego cur potius invidia violatura virtutem ‖ violatur virtute, a virtute ‖ L. Cornelii quam aequitas vestra pudorem eius adiutura videatur; Balb. 18.

certat: denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, [virtutes omnes] certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate; Catil. II, 25.

concedit: quis hoc tibi concessit? quae lex? quae senatus auctoritas? quae porro aequitas, ut tantam pecuniam scriba tuus auferret? Verr. III, 181.

consistit: ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini; Quinct. 10.

declarat: cuius quidem aequitas ... facile declarat non fuisse fugiendos tribulis huic iudices; Planc. 43.

deest: non defuit consilium; fides erga plebem Romanam ‖ Romanamque, al. ‖, aequitas in vos libertatemque vestram vehementer defuit; leg. agr. II, 20.

est in: haec aequitas in tuo imperio fuit, haec praetoris dignitas, ut ..; Verr. III, 87. erat in illo conloquio aequitas; Phil. XII, 27. — mira:

quo quidem in spectaculo mira populi Romani aequitas erat; Piso 27. — quae: quae est ista aequitas, . . . hunc excipere . .? leg. agr. II, 57. — ubi: ubinam ille mos? ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas? Planc. 33.

facit: omnia faciebant ‖faciebant omnia‖ cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris . .; Ver. I, 104.

manet: „per me ut unum ius aequitas, leges libertas, pudor pudicitia in civitate maneret;" Milo 77.

minuit: quo facilius cum aequitas tua tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam; Deiot. 7.

postulat: statuite nunc quid vestra aequitas, quid populi Romani dignitas postulet; Font. 15.

reicit: quam (invidiam) . . . vestra fides atque aequitas a veritatis disceptatione reiecit; Cluent. 81.

valet: apud quem non ius, non aequitas, non misericordia . . . valeret; Verr. I, 136. nihil valuisse aequitatem, nihil consuetudinem; ib. III, 60. fateor hoc ‖haec‖ interdicto ‖interdictum‖ praetoris vindicari ‖vindicavi‖, si voluntas et aequitas valeat; Caecin. 66. iuris rem et ‖retinet‖ sententiam et aequitatem plurimum valere oportere; ib. 77.

videtur: ſ. adiuvat.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** agito: ſ. I. consistit.

attendo: simul aequitatem praetoris attendite; Verr. III, 196.

capio: si . . . id quaerendum esse dicis neque aequitatem rei verbi laqueo capi putas oportere; Caecin. 88.

cognosco: cognoscite nunc discipuli aequitatem; Sex. Rosc. 119. ut simul Africani quoque humanitatem et aequitatem cognoscatis; Verr. II, 86.

confirmo: ſ. I. consistit.

contineo: forum, in quo omnis aequitas continetur; Catil. IV, 2.

explico: nec vero silebitur admirabilis quaedam . . . eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia; Phil. IX, 10.

habeo: semper . . id valuisse plurimum, quod in se auctoritatis habuisset aequitatisque plurimum; Caecin. 80. illud est hominis magni . . . habere in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; Cluent. 159.

iacto: ſ. I. consistit.

neglego: ius, consuetudinem, aequitatem, edicta omnium neglegit; Verr. I, 116.

novi: si ego eius aequitatem animi probe novi; leg. agr. I, 14.

oppugno: quia verbis oppugnare aequitatem videbatur; Caecin. 67. vestram . . . aequitatem et mansuetudinem una mater oppugnat; Cluent. 199.

perpendo: nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum, sed eius aequitas aratorum commodo et voluntate perpenditur; Verr. III, 214.

reicio: fugisti sententiam legis; aequitatem omnem reiecisti; Planc. 42.

relinquo: in omni denique iure civili aequitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt; Muren. 27.

retineo: et aequitatem nostrae | vestrae‖ disceptationis et consuetudinem superiorum et ius suae potestatis retinuissent; leg. agr. III, 1.

sequor: quod illi iudices multo in leviore causa statuerunt aequitatem secuti; Verr. II, 109.

2. **Genetiv:** venit in mentem: non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae; Quinct. 6.

3. **Dativ:** commendo: filius, quem pater moriens cum tutoribus et propinquis tum legibus, tum aequitati magistratuum, tum iudiciis vestris commendatum putavit; Verr. I, 151.

4. **Ablativ:** nitor: si obtinuerit causam Cluentius, sicuti vestra aequitate nixi confidimus; Cluent. 156.

spolio: ut homo consularis exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae? Vatin. 27.

utor: iam bene agis; a verbis enim recedis et aequitate uteris; Caecin. 37.

5 **mit Präpoſitionen:** confugio ad: ad horum fidem et mansuetudinem confugere, ad ius iurandum iudicum, ad populi Romani aequitatem . . . potero; Scaur. 17.

consisto in: quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, ius ‖hos‖ in iudiciis et aequitate magistratuum; leg. agr. II, 102.

iudico de: statuite . . . quid vos tempora rei publicae de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneat ut iudicetis; Caecin. 104.

lateo in: ut tantum facinus non in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse videatur; Caecin. 38.

recedo ab: qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt; Verr. III, 42. ut longius a verbo recedamus, ab aequitate ne tantulum quidem; Caecin. 58.

refero ad: ea, quae proficiscebantur a legibus et ab iure civili, semper ad facilitatem aequitatemque referebat; Phil. IX, 11.

remotus a: cum tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis; leg. agr. II, 31.

seiungo ab: qui iuris civilis rationem numquam ab aequitate seiunxerit; Caecin. 78.

sum in: quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium; Verr. I, 119.

versor in: quod in eis rebus pro mea parte versor, quarum ille princeps fuit, aequitate, industria, temperantia . .; Verr. IV, 81.

III. **nach Adjectiven:** 1. **Genetiv:** plenus: num etiam fratris mei litteras plenissimas humanitatis et aequitatis reprehensurus es? Flacc. 78. edictum . . ., quod quidem mihi . . . plenum aequitatis videbatur; Phil. I, 8.

2. **Dativ:** infestus: nec iuri quicquam tam inimicum quam vis nec aequitati quicquam tam infestum est quam convocati homines et armati; Caecin. 33.

IV. **nach Subſtantiven:** alqd: ſ. II, 1. habeo; Caecin. 80.

campus: sin . . . me ex hoc, ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnis litterarum angulos revocas; Caecin. 84.

causa: non enim alia causa est aequitatis in uno servo et in pluribus; Caecin. 57. in quibus (causis) perspicitur una atque eadem causa aequitatis; ib. 59. placet causam iuris et aequitatis . . . constituere in verbo? ib. 81.

communitas: quae vobis potest cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse communitas? Phil. VI, 3.

deprecatio: nullus aditus erat privato, nulla aequitatis deprecatio; Phil. V, 20.

finis: si vos semel in iudicando finem aequitatis et legis transieritis; Verr. III, 220.

fons: hoc fundamentum (est) libertatis, hic fons aequitatis; Cluent. 146.

honos: non omnis honos ab isto dignitatis, aequitatis officiique sublatus est? Verr. V. 84.

iudicium: iuris iudicium cum erit et aequitatis, cave in ista . . . calumnia delitiscas; Caecin. 61.

largitio: in qua (sorte) gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio; Muren. 41.

laus: provincia, in qua laus aequitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur; Muren. 41.

pars: si actio ista popularis esset et si ullam partem aequitatis haberet aut iuris; Rabir. 14.

ratio: quam habet rationem non quaero aequitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiae? Verr. III, 195. si ad eum restituendum, qui vi de-

iectus est, eandem vim habet aequitatis ratio; Caecin. 58. in ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere? ib. 66.

simulatio: ita res agatur, ut ne simulatio quidem aequitatis ulla adhibeatur? Verr. II, 43. ne blanda aut supplici oratione aut aequitatis simulatione fallamur; Phil. VII, 26.

spes: qui a parentibus spe nostri imperii nostraeque aequitatis suscepti educatique sunt; Verr. V, 123. qui nunc primum . . . spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare a metu coepit; Cluent. 200.

IV. **Umſtand**: 1 **Ablativ**: commovere: non dubitabat quin . . . aequitate causae, auctoritate sua commovere hominem posset; Verr. I, 126. iste . . . neque ulla aequitate orationis neque auctoritate M. Marcelli commotus est; ib 135.

defendere: cum . . . is, qui arguitur, . . . verbo se, non aequitate defendere conetur; Caecin. 104.

definire: hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

dicere: M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit; Tull. 8. in quo ea, quae dicuntur a testibus, coniecturae et cogitationi traduntur, quanta auctoritate, quanta animi aequitate . . . dicantur; Font. 23.

diiudicare: tu, qui tam diligenter et tam callide verbis controversias, non aequitate diiudicas; Caecin. 49.

discribere: ubi paulisper in cubiculo pretio, non aequitate iura discripserat ‖ descripserat ‖; Verr. V, 27.

expedire: perspicere vos certo scio, Siculis quanto opere hoc expediat, non aequitate ‖ ad aequitatem, al. ‖ condicionis, sed ad minima malorum eligenda; Verr. III, 201.

exstingui: iam omnis fracta dissensio est armis, exstincta aequitate victoris; Marcell. 32.

fieri: factum est primum illorum aequitate et sapientia consulum, ut . .; Cluent. 137.

perficere: ipse ‖ *ipsa* ‖ autem in Gallia ut nostri homines desperatas iam pecunias exigerent aequitate diligentiaque perfecit; Muren. 42.

recreari: ut multis incommodis veritas debilitata tandem aequitate talium virorum recreetur; Quinct. 4.

tueri: si . . . tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit; dom. 2.

vincere: patiamini matrem . . . victam potius vestra aequitate discedere; Cluent. 200. et ceteros quidem omnis victores bellorum civilium iam ante aequitate et misericordia viceras; Marcell. 12.

2 **Präpoſitionen**: ex: [non ex iure, non ex aequitate,] non ex lege . . . recte factum esse defendes? Verr. III, 205.

pro: frater meus pro sua aequitate prudentiaque decrevit, ut . .; Flacc. 49.

propter: quem (agrum) ego excipi et propter hominum necessitudinem et propter *rei* aequitatem . . . gaudeo; leg. agr. II, 57.

aequo, gleich machen, ebnen, vergleichen: consulatum: cui † sic aequatum ‖ emancipatum, al. ‖ praebebas consulatum tuum; Piso 14.

flagitia, furta: omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, si unum in locum conferantur, vix cum huius parva parte aequari conferrique posse; Verr. I, 21.

planitiem: quo in summo (loco) est aequata agri planities et aquae perennes; Verr. IV, 107.

scelera: ſ. flagitia.

sortis: dum sitella defertur; dum aequantur sortes; Fr. B. VI, 13.

aequus, gleich, billig, günſtig, gerecht, ruhig:

A. **bei Subſtantiven (Pronomen)**: alqs: hic vide quam me sis usurus aequo; Verr. V, 154. vos, qui aequi estis omnibus; Cluent. 202. si ille, ut arbitror, aequus nobis fuerit; Sest. 71. vobis, quos aequissimos esse confidimus; Rab. Post. 45. nemo enim fere est qui sui periculi iudex non sibi se aequiorem quam reo praebeat; Deiot. 4. neminem aequiorem reperiet quam me; Phil. V, 3.

alqd: quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? Quinct. 45. ut quicquid dicerent nemo esset qui non aequum putaret; Sex. Rosc. 119. quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad levandam mulieris calamitatem? div. Caec. 57. an quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo videri debet aequius? ib. 65. qua re hoc sit aequissimum facile est dicere; Verr. I, 114. qui . . . omnia . . habuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris; ib. II, 95. quod . . . idcirco, quia aequum est, postulo; Tull. 6. id verum, id aequum, id utile omnibus esse spectari quo consilio . .; Caecin. 81. id, quod aequissimum est; Cluent. 6. quia illud aequum accidisse populus Romanus Maelio iudicavit; dom. 101. „hic quam ille dignior" perquam grave est dictu. quo modo igitur est aequius? Planc. 16. fuit certe id aequum; ib. 38. re enim iniquum est, sed tua sapientia fit aequissimum; Deiot. 4. quid hac postulatione dici potest aequius? Phil. I, 27. modo aequum sibi videri, modo non iniquum; ib. II, 95. at ille numquam . . . quicquam sibi, quod . . . postularemus, aequum dixit videri; ib. id enim deos immortalis spero aequissimum iudicare; ib. XI, 39. ſ. ius; Verr. I, 118.

infinitiv: neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire; Quir. 23.

accus. c. inf.: istum aequum esse famae fortunisque P. Quinctii consulere; Quinct. 27. negat Alfenus aequum esse procuratorem satis dare; ib. 29. QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS SIT DARI; Qu. Rosc. 11. quantum aequius et melius sit dari repromittique; ib. 12. quantum enim aequius esset sibi dari, petiit; ib. utrum est aequius decumanum petere an aratorem repetere? Verr. III, 27. sin autem . . . aequum est (pecuniam) ita solvi aratoribus; ib. 182. dixisse dicitur aequum esse illos cogitare, utrum . .; ib. IV, 73. videte igitur utrum sit aequius hominem honestissimum . . . dedi inimicissimis . . . nationibus an reddi amicis; Font. 41. tamen is . . timidior videatur quam fortem . . . iudicem esse aequum est; Caecin. 8. reliquum est ut de felicitate . . ., sicut aequum est homines de potestate deorum, timide et pauca dicamus; imp. Pomp. 47. cum a vobis quoque ipsis hoc impetrari sit aequissimum; Cluent. 142. nisi forte nihil est aequum nos de eorum audacia suspicari, quorum . .; leg. agr. II, 37. si est aequum praedam . . . imperatores non in monumenta deorum . . . conferre; ib. 61. a quo tandem . . . est aequius consulem defendi quam a consule? Muren. 3. quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos pugnare? Phil. II, 75. aequum, credo, putavit vitam . . . in discrimen adducere; ib. VII, 12. utrum igitur aequius, utrum melius rei publicae fuit Cn. Pompeium an sectorem Cn. Pompei vivere Antonium? ib. XIII, 30. utrum sit aequius concurrere nos, quo . .; ib. 38. aequum est enim militum . . . honorem coniungi; ib. XIV, 29. vgl. alqd; Caecin. 81.

mit ut eingeſchaltet: quas, ut aequum est, familias honestatis . . . gratia nomino; Sex. Rosc. 15. a me tamen, ut aequum est, omnia caute . . . dicentur; Cluent. 118.

Ohne: et aequum **; Caecin. 95.

aestimatio: cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? si est aequa et ferenda . .; Verr. III, 202. proinde quasi . . aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo; ib. 203.

animus: quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo; Sex. Rosc. 49. animo aequo se carere suis omnibus commodis dicit; ib.

144. concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est; ib. 145. Volcatius animo aequissimo nummos adfert, qui nihil amitteret; Verr. II, 56. si animo aequo provincia tulisset; ib. 139. pudorem ac pudicitiam qui colit, potest animo aequo istius cotidiana adulteria ... videre? ib. III, 6. hoc quemquam denique nunc tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare? ib. 184. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. forum plenum et basilicas istorum hominum videmus et animo aequo videmus; ib. 152. de quibus ego antea laborabam, ne... probarent, nunc sum animo aequissimo; Caecin. 3. ne repugnetis eamque (opinionem) animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis; Cluent. 6. non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere; ib. 17. quod si solus in discrimen aliquod adducerer, ferrem .. animo aequiore; leg. agr. II, 6. si emori aequo animo non potes; Catil. I, 20. deinde . . aequo animo paratoque moriar; ib. IV, 3. quae si per alios agerent, ... aequiore animo ferre possemus; Flacc. 96. si quidem ea ... reliquissem, quibus aequo animo carerem; dom. 97. qui ea, quae numquam cara ... duxit, animo aequo ... deserit; ib. 98. an mihi ipsi ... fuit mors aequo animo oppetenda? Sest. 47. ex qua (civitate) innumerabiles alii ... mortem ... aequissimis animis oppetissent; ib. 48. is aequo animo tum ... in hac urbe esse posset? ib. 63. qui omnia in pecunia posuisset, honore animo aequo carere debere; Vatin. 38. quos animo aequo videre non possumus; prov. cons. 17. P. Clodii mortem aequo animo ferre nemo potest; Milo 20. eum tanti mortem P. Clodii putasse, ut aequo animo patria careret; ib. 63. non dubitaturum fortem virum quin ... cederet aequo animo [legibus]; ib. hic aequo animo esse potuit belli discidio distractus a fratribus? Ligar. 5. hanc tu .. potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? Phil. I, 31. his vestris decretis .. ille vos aequo animo aspicere poterit? ib. V, 29. possessores animo aequiore discedent; ib. VI, 14. ut ... legatorum reditum exspectetis animo aequo; ib. 15. ego te, cum in Massiliensis tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo audio; ib. VIII, 18. credo autem, qui generi querellam moderate ferat, aequo animo laturum amici; ib. 19. ut aequo animo populus Romanus visurus sit nostri honoris insignia; ib. 32. Gallia ... omnis aequo animo belli patitur iniurias; ib. XII, 9. non possum animo aequo videre tot tam importunos ... hostis; ib. 20. argentum, vestem, supellectilem, vinum amittet aequo animo; ib. XIII, 11. quae si tecum ipse recolueris, aequiore animo et maiore consolatione moriere; ib. 45. utrum aequo animo laturum *me* putavit? Fr. B. VIII, 10.

causa: quod facile homini ingenioso fuit in causa aequissima; Verr. I, 126. an hoc probabis, in aequa causa populorum sine pretio varium ius et disparem condicionem fuisse? ib. V, 49.

certamen: aequa enim contentio, aequum certamen proponitur; Verr. II, 177.

condicio: qui ... condicionem aequissimam repudiet; Quinct. 46. non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita; ib. 71. in decumis, cum aequa lege et condicione venibant; Verr. III, 118. quod accusante tribuno plebis condicione aequa disceptari posse non putarunt; Cluent. 94. qui me praecipitem egerint, aequissimas condiciones ferentem; Phil. XIII, 36. is etiam queritur condiciones suas repudiatas, aequas quidem et verecundas; ib. 37.

contentio: ſ. certamen.

decempedator: qui fuerat aequissimus agri privati et publici decempedator; Phil. XIII, 37.

edictum: quam aequum edictum conscripserit .. cognoscite; Verr. I, 106.

foedus: quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere; Arch. 6. cum Camertinum foederum sanctissimum atque aequissimum sciret esse; Balb. 46.

genus: quod genus iudiciorum si est aequum ulla in re nisi in hac tribuaria; Planc. 36.

gloria: aequa parta ‖si qua parta, *aequiparata*‖ cum P. fratre gloria; Muren. 31.

homo: quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo; div. Caec. 56. iste, homo omnium aequissimus atque a cupiditate [omni] remotissimus; Verr. II, 91. iste, aequissimus homo; ib. III, 68.

iudex: erat in consilio etiam aequissimus iudex ipse Verres; Verr. I, 73. ut hoc, quod dico, probari aequissimo iudici possit; ib. III, 164. hic si ingeniosi et periti et aequi iudicis has partis esse existimatis, ut ..; Font. 21. quid aequi et iurati iudices iudicarint; Rabir. 7.

iudicium: Nympho cum se aequo vellet iudicio defendere; Verr. III, 54. illa definitio iudiciorum aequorum ... retineatur; Cluent. 5. nihil innocenti suscepta invidia tam optandum quam aequum iudicium; ib. 7. qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse; Fr. B. VIII, 2.

ius: quis tandem nobis ista iura tam aequa discribit ‖describit‖? Quinct. 45. utrum digniores homines esse ‖homines‖ existimasti eos, qui habitant in provincia, quam nos, qui aequo iure uterentur ‖uteremur‖, an aliud Romae aequum est, aliud in Sicilia? Verr. I, 118. postulat, ut sibi cum palaestritis ... aequo iure disceptare liceat; ib. II, 38. qui iure aequo omnis putat esse oportere; ib. III, 6. ut te praetore videlicet aequo iure Apronium ... iudicio recuperatorio persequantur? ib. 27. sed proponam ius, ut opinor, aequum; Phil. I, 27. ſ. foedus; Arch. 6.

lex: cum lex esset aequa promulgata initio magistratus; Vatin. 27. et erat aequa lex et nobis .. atque omnibus ... vehementer utilis; Balb. 60. ſ. condicio; Verr. III, 118.

locus: illud vero nullo modo potest, [deiectus esse quisquam] non modo qui tactus non sit, sed ne in aequo quidem et plano loco; Caecin. 50.

magistratus: cum adhuc ei ... non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit; Quinct. 10. cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque iudicium redditum est usitatum; ib. 71.

pars: cum ex provincia populi Romani aequam partem tu tibi sumpseris ac populo Romano miseris; Verr. III, 49. ceteri fructus omnium rerum ... communi cautione atque aequa ex ‖ei, al.‖ parte retinentur; leg. agr. II, 22.

postulatio: si vobis aequa et honesta postulatio videtur, iudices, ego contra brevem postulationem adfero et, quo modo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem; Sex. Rosc. 7. aequa postulatio ... pretio superabatur; Verr. I, 125. ſ. condicio; Quinct. 71.

praetor: praetor aequus et sapiens dimitti iubet senatum; Verr. IV, 146.

quaesitor: quid mihi opus est sapiente iudice? quid aequo quaesitore? Font. 21.

societas: etsi est enim Brutorum commune factum et laudis societas aequa; Phil. X, 15.

sponsio: ſ. condicio; Quinct. 71.

tempus: iudicium aequiore tempore fieri oportere; Fr. B. VI, 16.

testes: an dignitatem testium (secuti)? potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis ... anteferre? Font. 32. testibus enim aequis, tabulis incorruptis tenebantur; Scaur. 40.

B. **allein**: I. **masc.**: **dicunt**: in quo aequi sperasse Postumum dicunt, peccasse iniqui; Rab. Post. 25.

reicio ex: Apronio permittis, ut quos velit de cohorte sumat recuperatores? indignum uni potius ex iniquis sumendi quam utrique ex aequis reiciundi fieri potestatem; Verr. III, 140.

exspectatio: utinam quidem haec ipsa non

modo iniquorum invidiae, sed aequorum exspectationi satis facere posset! Sulla 54.

II. **neutr.:** decerno: decernit: quam aequum, nihil dico; Quinct. 30.

defendo, habeo: cum se in causa putant habere aequum et bonum quod defendant; Caecin. 65.

dico: prope modum aequa et iusta dicebas; Phil. II, 72.

alqd: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse aequi? Phil. II, 75. igitur a quo vivo nec praesens nec absens rex Deiotarus quicquam aequi boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus; ib. 94.

dignitas, nomen: *tum* solent eius modi iniquitati aequi et boni nomen dignitatemque opponere; Caecin. 65.

ratio: a verbo et ab scripto plurimis saepe in rebus ius et aequi bonique rationem esse seiunctam; Caecin. 80.

ex: tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; Caecin. 65.

aër, Luft: in: cum esset vinctus nudus in aëre, in imbri, in frigore; Verr. IV, 87.

aerarium, Staatsſchatz: I. **Subject:** est nullum: aerarium nullum est: vectigalibus non fruuntur qui redemerunt; har. resp. 60. — refertum: iam refertius erit aerarium populi Romani, quam umquam fuit; Verr. III, 202. — fundamentum: huius autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt, haec membra, quae tuenda principibus et vel capitis periculo defendenda sunt: religiones ... res militaris, aerarium; Sest. 98.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** claudo: qui in contione ausus est dicere iustitium edici oportere, iuris dictionem intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli; har. resp. 55.

defendo: quae est igitur ista accusatio, quae ... diligentius Rutenorum quam populi Romani defendat aerarium? Font. 4. ſ. I. est fundamentum.

dono: cum ... duobus impiis nefariisque consulibus aerarium, provinciae, legiones, imperia donabantur; sen. 18.

effundo: spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium, ut ..; leg. agr. I, 15.

exhaurio: largitio ..., quae ... fieri nisi exhausto aerario nullo pacto potest; leg. agr. II, 10. repugnabant boni, quod ... aerarium exhauriri videbatur; Sest. 103. num religiones polluerit, aerarium exhauserit, rem publicam compilarit; Vatin. 5. aerarium exhauseras; Piso 37. cum exhauriebas aerarium, cum ..; ib. 57. aerarium vestrum exhausit, suum non habet; Phil. IV, 14. ſ. 4. do ex; Verr. III, 164.

habeo: maioribus ... cum eo hoste res erat, qui haberet rem publicam, curiam, aerarium; Phil. IV, 14. ſ. exhaurio; Phil. IV, 14.

omitto: omissis his rebus, quibus nos suppeditamur, eget ille, senatu, ... aerario, vectigalibus; Catil. II, 25.

partior: nonne ... tamen aerarium cum eo partitus es? dom. 23.

tueor: ſ. I. est fundamentum.

2. **Dativ:** est: quaero, Vatini, utrum tandem putes huic civitati, ... aerario, curiae ... melius fuisse et praestabilius me civem in hac civitate nasci an te? Vatin. 10.

3. **Ablativ:** egeo: ſ. 1. omitto.

4. **mit Präpoſitionen:** accipio ex: a civitatibus pecuniam ad emendum frumentum cogere, cum ex aerario acceperis; Verr. III, 173.

adnumero ex: ſ. promo ex.

aedifico ex: de mea domo, quam senatus unam post hanc urbem constitutam ex aerario aedificandam ... putarit ‖putaret‖; har. resp. 16.

attribuo ex: sestertium centiens et octogiens ..., ex aerario tibi attributum; Piso 86.

condo in: litteras publicas, quas in aerario sanctiore conditas habebant, proferunt; Verr. IV, 140.

defero ad: in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo pro consule ‖p. r. et consule, al.‖; Arch. 11. rationes ad aerarium continuo, sicut lex tua iubebat, detuli; Piso 61. senatus consulta numquam facta ad aerarium deferebantur; Phil. V, 12. horum nomina ad aerarium detulisset ..., si ullam speciem rei publicae cogitavisset? ib. 15.

depromo ex: qui pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum ... diviserit; imp. Pomp. 37.

do ex: hanc pecuniam tantam, datam tibi ex aerario inopi atque exhausto, datam ad frumentum; Verr. III, 164. quaternos HS, quos mihi senatus decrevit et ex aerario dedit; ib. 197. primum video potuisse fieri, ut ex aerario nihil darent; ib. V, 48.

erogo ex: pecunia publica ex aerario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa fueritne tibi quaestui? Verr. III, 165. erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus? Vatin. 29.

exhaurio ex: cum omnem pecuniam ex aerario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis; leg. agr. II, 98.

frequento ad: scribas .. universos, quos cum casu hic dies ad aerarium frequentasset; Catil. IV, 15.

habeo in: in aerario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus; Flacc. 20. ſ. condo in.

haurio ex: sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis; leg. agr. II, 32.

inrumpo in: adhibeant manus vectigalibus nostris, inrumpant in aerarium; leg. agr. II, 47.

numero ab: vidimus huic ab aerario pecuniam numerari quaestori ad sumptum exercitus consularis; Verr. III, 177.

promo ex: cum tibi senatus ex aerario pecuniam prompsisset et singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus persolveres; Verr. III, 195.

refero ad: cum rationes ad aerarium nisi damnato te referre noluit; Verr. I, 77. rationes ad aerarium, ante quam Dolabella condemnatus est, non audet referre; ib. 98. solus est hic, qui numquam rationes ad aerarium referat; ib. se ... observaturum quem ad modum rationes ad aerarium referas; ib. III, 167. scriba, ad aerarium qui eas (litteras) rettulit; Piso 61. — in: illa tamen HS sescenta milia ... neque Sulla vidit neque in aerarium relata sunt; Verr. I, 36. ut, quibus ille de capite dempsisset, ei pecunias in aerarium referrent; ib. III, 81. QUOD NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT; leg. agr. I, 12. quid pecuniae fiet? referre in aerarium lex vetat; exigi prohibet; leg. agr. II, 72.

solvo pro: illum ex ea pecunia, quae pro aerario solveretur, detraxisse; Font. 3.

subsigno apud: illud quaero, .. ista praedia ... subsignari apud aerarium aut apud censorem possint; Flacc. 80.

sum in: auri ratio constat; aurum in aerario est; Flacc. 69. — pro: experti sumus ... Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo maiorum vetere ac referto fuisse; Verr. II, 5.

venio ad: tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet; Fr. B. XIII, II, 7.

III. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** angustiae: populus Romanus habeat (pecuniam), in tantis praesertim aerarii angustiis; Verr. III, 182. permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit; leg. agr. II, 36. quibus quidem vos in his angustiis aerarii tamen subveniatis necesse est; prov. cons. 11. idem (senatus) in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio adfecit; Balb. 61.

depeculator: adduxi enim ... depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae; Verr. a. pr. 2.

dispensatio: eripueras senatui provinciae

decernendae potestatem, ... aerarii dispensationem; Vatin. 36.

domini: nihil aliud actum, nisi uti decem reges aerarii, vectigalium ... domini constituerentur; leg. agr. II, 15.

gradus: quae est igitur ista accusatio, quae facilius possit Alpis quam paucos aerarii gradus ascendere? Font. 4.

partitio: omitto gratulationes, epulas, partitionem aerarii; Sest. 54.

sanguis: quae (tritici modium cIↃ cIↃ cIↃ) cum ... de vectigalium nervis, sanguine detraxisset aerarii; Verr. III, 83.

tabulae: hi tres etiam aerarii nostri tabulas falsas esse voluerunt; Flacc. 43.

viscera: cur ille gurges ... ad caelum tamen exstruit villam in Tusculano visceribus aerarii? dom. 124.

2. **mit Präpoſitionen:** pecunia ex: iam vero ab isto omnem illam ex aerario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucri factam videtis; Verr. III, 174.

tabulae ad: P. Servilius, quae signa atque ornamenta ... sustulit, ea ... in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit; Verr. I, 57.

IV. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** armare: consules, sceleris sui socios, aerario, provinciis, exercitu armavit; har. resp. 58.

suppeditari: ſ. II, 1. omitto.

2. **Präpoſition:** causa: non dubitabitis ‖dubitatis‖ quin idcirco haec aerarii causa non vendiderint ei ..., ut ..; leg. agr. I, 4.

aerarius, ehern, kupfern; Kupfergeld, Geld betreffend; Aerarier: A. **bei Subſtantiven:** fabula: ut illa vetus aeraria fabula reficeretur; Cael. 71.

ratio: quod propter aerariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses quantum solveretur; Quinct. 17.

tribuni: quid de tribunis aerariis (dicemus) ..., qui tum arma ... ceperunt? Rabir. 27. pari studio defendundae rei publicae convenisse video tribunos aerarios, fortissimos viros; Catil. IV, 15. hi tot equites Romani, tot tribuni aerarii ..., quid dignitatis huius petitioni attulerunt? Planc. 21.

B. **allein:** relinquo: ut scribam iurati legerent eum, quem eidem isti censores aerarium reliquisse *se* subscripserunt; Cluent. 126.

refero in: ut alter (censor) in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet; Cluent. 122.

aeratus, erzbeſchlagen, ehern: lecti: iam vero lectos aeratos et candelabra aënea num cui praeter istum Syracusis per triennium facta esse existimatis? Verr. IV, 60.

aerumna, Mühſal, Kummer: I. **nach Verben:** propago: quo (anno) interiecto civium calamitas, sociorum aerumna ... propagatur; prov. cons. 17.

propono: quod si mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer; sen. 34.

sustento: maximis praeterea adsiduisque ‖praeteritas esse sed iis et‖ officiis .. illius aerumnam ... sustentavit; Sest. 7.

II. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** servare: unus bis rem publicam servavi, semel gloria, iterum aerumna mea; Sest. 49.

2. **Präpoſition:** in: quem ego tamen credo ... in viri fortis aerumnis non ita crudelem fuisse, ut ..; dom. 134.

aerumnosus, kummervoll: A. **bei Subſtantiv:** pater: filiam, filiam, inquam, aerumnoso patri, Deciane, redde; Flacc. 73.

B. **allein: Dativ:** comparo; crux, crux, inquam, infelici et aerumnoso ... comparabatur; Verr. V, 162.

sum: quod si tum indicatum non esset, non huic aerumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum maerorum; Cluent. 201.

aes, Erz, Kupfer, Geld: I. **Subject:** adferre potest: Publicium et Minucium, quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum adferre poterat; Catil. II, 4.

crescit: metuisti ne aes alienum tibi cresceret, si ..? Verr. IV, 28.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** cognosco: cognoscentur enim omnia istius aera illa vetera; Verr. V, 33.

contraho: cuius aes alienum videmus, iudices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum; Sulla 58. ſ. I. adferre potest.

dissolvo: P. Sittii praediis venditis aes alienum eiusdem est dissolutum; Sulla 56. patri persuasi, ut aes alienum filii dissolveret. Phil. II, 46.

habeo: quaerendum, credo, est, Heius iste num aes alienum habuerit; Verr. IV, 11.

liquefacio: compluris in Capitolio res de caelo esse percussas, cum et simulacra deorum depulsa sunt ... et legum aera liquefacta; Catil. III, 19.

mereo: ſ. III, 1. duodecim.

obicio: nam quod aes alienum obiectum est ..., videte quam pauca respondeam; Cael. 17.

relinquo: ſ. III, 1. aliquantum.

reperio: nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum; Cael. 44.

2. **Dativ:** subvenio: quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem Caesaris subvenire potuisset? Phil. II, 36.

3. **Ablativ:** exsero: hominem ridiculum, qui se exserere ‖exercere, exire‖ aere alieno putet posse, cum vendat aliena; Phil. XI, 13.

libero: qui maximo te aere alieno ad aedem Opis liberavisti; Phil. II, 35.

4. **mit Präpoſitionen:** devoveo pro: qui maiorum exempla persequens pro alieno se aere devovit; Phil. XI, 13.

facio ex: ubi illius ipsius M. Marcelli ... statua ex aere facta est; Verr. II, 50. ex altera parte Hercules egregie factus ex aere; ib. IV, 5.

incido in: in tantum aes alienum inciderunt, ut ..; Catil. II, 20.

incido in: quae ille in aes incidit, in quo populi iussa perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Phil. I, 16. in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima; ib. 26. qui ... falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta in aes incidenda et in Capitolio figenda curaverit; ib. III, 30. regna, civitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi; ib. V, 11. — incisus in (abl.): id non modo tum scripserunt, verum etiam in aere incisum nobis tradiderunt; Verr. IV, 145.

queror de: tria ... haec in Milonis personam questus es: de aere alieno, de vi, de ambitu; Fr. B. XV, III, 2.

sum in: hominem video ... non modo in aere alieno nullo, sed in suis nummis multis esse et semper fuisse; Verr. IV, 11. ſ. incido in; Phil. I, 16.

III. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** aliquantum: cum aeris alieni aliquantum esset relictum; Quinct. 15. quod C. frater aliquantum aeris alieni reliquerat; ib. 73.

cumulus: augent magnum quendam cumulum aeris alieni; Fr. B. XIII, II, 4.

duodecim: nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris; Qu. Rosc. 28.

invidia: si quae est invidia communis hoc tempore aeris alieni, petulantiae, libidinum iuventutis; Cael. 30.

magnitudo: luxuries igitur hominem nimirum, et aeris alieni magnitudo ... ad hoc scelus impulerunt? Sex. Rosc. 39. quos egestas, quos aeris alieni magnitudo ... tribuno plebis constrictos addixerat; Sest. 38. quorum ... magnitudo aeris

alieni, sumptus, libidines nominarentur; Cael. 43.
perfugium: id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae ... perfugium esse ducebas; Phil. II, 50.
ratio: ne ... istas tabulas existimes ad *diversam veteris* aeris alieni rationem pertinere; Font. 2.
Scyllaeum: ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam [in] fretu ad columnam adhaeresceret; Sest. 18.
temperatio: tu illius aeris temperationem, tu operum lineamenta sollertissime perspicis? Verr. IV, 98.
2. **Ablativ**: vir: reliquit quos viros! quanto aere alieno! quam valentis! quam nobilis! Catil. II, 4.
3. **mit Präpoſition**: bucula ex: ut ex marmore Iacchum aut Paralum pictum aut ex aere Myronis buculam (amittant); Verr. IV, 135.
crateras ex: quod ... crateras ex aere pulcherrimas ... abstulit; Verr. IV, 131.
signum ex: erant signa ex aere complura; Verr. II, 87. neque quicquam ex fano Chrysae praeter unum perparvolum signum ex aere desideratum est; ib. IV, 96.
simulacrum ex: fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum; Verr. IV, 72. ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis; ib. 94. ex aere fuit quoddam (simulacrum) modica amplitudine; ib. 109.
statua ex: pedestrem ex aere statuam ... decerno: Phil. IX, 13.
supellex ex: Sthenius ... studiosius haec compararat, supellectilem ex aere elegantiorem, et Deliacum et Corinthiam; Verr. II, 83.
IV. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: dirui: in quibus (castris) cum frequens fuisset, tamen aere dirutus est; Verr. V, 33.
opprimi: hoc praetore oppressam esse aere alieno Galliam; Font. 11. nemo ... oppressus aere alieno fuit quem non ... asciverit; Catil. II, 8.
perditus: quem plane perditum aere alieno egentemque ... cognorat; Phil. II, 78.
premi: alterum genus est eorum, qui, quamquam premuntur aere alieno, dominationem tamen exspectant; Catil. II, 19.
2. **Präpoſitionen**: in: unum genus est eorum, qui magno in aere alieno maiores tamen possessiones habent; Catil. II, 18. qui ... sumptibus in vetere aere alieno vacillant; ib. 21. *qui magno in aere alieno totam (dignitatem) ex domo quaesisset*; Scaur. 45.
propter: quae potest maior esse fides quam ... propter aes alienum ire ad arma? Phil. VI, 11.

aestas, Sommer: I. **Subject**: astringere potest: sed tamen una atque altera aestas vel metu vel spe ... potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere; prov. cons. 34.
esse coepit: cum vero aestas summa esse coeperat, quod tempus omnes Siciliae semper praetores in itineribus consumere consuerunt, ...: tum ..; Verr. V, 29.
II. **nach Verb**: nanciscor: cum ... aestatem integram nanctus Italiae callis et pastorum stabula praeiari ‖*praeoccupare*, al. ‖ coepisset; Sest. 12.
III. **nach Subſtantiv**: commeatus: quos (nummos) qui dederat, commeatum totius aestatis abstulerat; Verr. V, 62.
IV. **Umſtand**: 1. **Accuſativ**: subinvisum apud malevolos Postumi nomen ... aestatem unam ‖una‖, non pluris, auris refersit istis sermonibus; Rab. Post. 40.
2. **Ablativ**: nam aestate summa, quo tempore ceteri praetores obire provinciam et concursare consuerunt aut etiam ... navigare, eo tempore ... domo sua regia [...] contentus non fuit; Verr. V, 80. ita tantum bellum ... Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit; imp. Pomp. 35.

aestimatio, Schätzung, Anſchlag: I. **Subject**: est aequa: proinde quasi .. aequior sit ista aestimatio in tuo quam in populi Romani commodo; Verr. III, 203. — grata: cum aestimatio legis eius modi sit, ut ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te praetore etiam grata esse debuerit; Verr. III, 174. non potest reprehendi ulla aestimatio, quae aratori non modo incommoda non est, sed etiam grata est; ib. 214. — incommoda: ſ. grata; Verr. III, 214. — remissa: remissior aliquanto eius fuit aestimatio quam annona; Verr. III, 214. — tolerabilis: ſ. grata; Verr. III, 174. — vestra: eius rei taxationem nos fecimus; aestimatio vestra est; iudicium datum est in quadruplum; Tull. 7. — iudicium: hoc statuitur, aestimationem litium non esse iudicium; Cluent. 116. — eius modi: ſ. grata; Verr. III, 174.
habet: vides eandem aestimationem propter temporis dissimilitudinem in illo laudis causam habere, in te criminis, in illo beneficii, in te iniuriae? Verr. III, 214.
nascitur: etenim haec aestimatio nata est initio, iudices, non ex praetorum aut consulum, sed ex aratorum et civitatum commodo; Verr. III, 189.
II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: comprobo: videtis ... hac aestimatione a vobis comprobata neque modum posthac avaritiae cuiusquam neque poenam improbitatis futuram; Verr. III, 221.
constituo: cur in isto genere solo frumenti ista aestimatio constituatur? Verr. III, 202.
excogito: quo modo Lyciam ... hac sua, quam tum primum excogitavit, Siciliensi aestimatione adflixerit non est necesse demonstrare verbis; Verr. I, 95.
fero: istam cellam atque istam aestimationem negant ullo modo ferri posse; Verr. III, 203.
habeo: quod [...] in censu habendo potestas omnis aestimationis [habendae] summaeque faciendae censori permittitur; Verr. II, 131.
reprehendo: ſ. I. est grata; Verr. III, 214.
2. **Ablativ**: utor: negaret hac aestimatione se usum; Verr. III, 224.
3. **mit Präpoſitionen**: dico de: de aestimatione frumenti cum dices, sic te audiemus, quasi ..; Verr. III, 222.
pendeo ex: ut intellegas non ex aestimatione neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coniectione annonae atque aestimationis; Verr. III, 189.
pervenio ad: ut vecturae difficultate ad quam vellent aestimationem pervenirent; Verr. III, 190.
queror de: num ... arator quisquam ... in caritate de aestimatione frumenti questus est? Verr. III, 216.
revoco ad: an me ad M. Antonii aestimationem frumenti exactionemque pecuniae revocaturus es? Verr. III, 213.
venio ad: paucos Syracusanos ... nunc non ad istius laudationem, sed ad communem litium aestimationem venisse; Verr. II, 45.
III. **nach Subſtantiven**: 1. **Genetiv**: auctor: non habes ne ex his quidem hominibus ... ullum auctorem istius aestimationis; Verr. III, 210.
coniectio: ſ. II, 3. pendeo ex.
consuetudo: ex huius modi principio atque ex liberalitate et accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis introducta est; Verr. III, 189.
genus: nam genus aestimationis ipsum a me numquam est reprehensum; Verr. III, 214. non enim a vobis summa, sed genus aestimationis erit comprobatum; ib. 220.
improbitas, iniquitas: quotus erit iste denarius, ... in quo primum aestimationis iniquitas atque improbitas reprehendatur? Verr. III, 220.
magnitudo: quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur; Verr. III, 222.
modus: etenim qui modus est in his rebus cupiditatis, idem est aestimationis; Verr. IV, 14.
potestas: ſ. II, 1. habeo.
quaestus: nam totus quaestus hic, iudices, aestimationis ex annonae natus est varietate; Verr. III, 192.

ratio: ideo valet ista ratio aestimationis in Asia, valet in Hispania; Verr. III, 192.

2. **mit Präpoſition**: controversia de: si mihi tecum neque de annona neque de aestimatione tua potest esse controversia; Verr. III, 194.

IV. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: adfligere: ſ. II, 1. excogito.

adripi reus: est adreptus unus eques Romanus de pecuniis repetundis reus. ... qua aestimatione ‖appellatione, al.‖ litium? in qua Postumi mentio facta nulla est; Rab. Post. 11.

concidere: iuvat me haec praeclara nomina artificum ... Verris aestimatione sic concidisse; Verr. IV, 12.

dare: cum optima aestimatione senatus frumentum eos in cellam dare voluisset; Verr. III, 226.

evertere, sublevare: eadem aestimatione alter sublevarat aratores, alter everterat; Verr. III, 215.

exigere: exige eadem aestimatione pecuniam a civitatibus et refer, quam accepisti; Verr. III, 202.

2. **Präpoſitionen**: de: si hoc de cella atque hac aestimatione concederetur; Verr. III, 200.

ex: ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses; Verr. III, 195.

in: si vis .. docere aliquid ab isto simile in aestimatione atque a ceteris esse factum; Verr. III, 193. ſ. 1. adripi; Rab. Post. 11.

aestimator, Schätzer: sum: unus tu dominus, unus aestimator ‖existimator, al.‖, unus venditor tota in provincia per triennium frumenti omnis fuisti; Piso 86.

aestimo, ſchätzen, veranſchlagen: I. **abſolut**: 1. **ſubſtantiviſch**: modus: non est iam in lege neque in officio, sed in voluntate hominum atque avaritia positus modus aestimandi; Verr. III, 220. (vgl. II. frumentum; Verr. III, 225. Piso 86).

in: scitote vos nullum ceteris in aestimando finem improbitatis et avaritiae reliquisse; Verr. III, 220. (Abl.: vgl. II. frumentum; Verr. I, 95).

capiunt: cui ... habenda tamen est tanta (gratia), quantam maximam animi nostri capere possunt; Phil. III, 4.

cogit: si me animus atque amor in rem publicam ... non hoc facere coëgisset; Verr. II, 117.

consistit: religiones vero ... violatae ... consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt; Verr. I, 7.

consulit: intellectum est quid interesset inter levitatem contionatorum et animum vere popularem, saluti populi consulentem; Catil. IV, 9.

crescunt: cum socii pertimuissent, hostium opes animique crevissent; imp. Pomp. 45.

deest: animum illis, non copias defuisse; Verr. V, 135. in ea re publica, ad quam opprimendam non animus eis, sed vires defuerunt; Flacc. 61. nec mihi ipsi ‖ipse‖ ille animus idem meus vobis non incognitus defuit; sen. 33. mihi ... neque in periculis a re publica propulsandis animum neque in sententia simpliciter *e re publica* ferenda fidem ... nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24. aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; voluntas nemini; Phil. II, 29. quamquam animus mihi quidem numquam defuit: tempora defuerunt; ib. IV, 1.

dicit: etenim de principio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satis facere exspectationi hominum, de me aliquid ipso, qui accusatus eram, dicere; Sulla 69. refugit animus, patres conscripti, eaque dicere reformidat ‖formidat‖ quae L Antonius ... effecerit; Phil. XIV, 9. ſ. avet.

dimicat: ſ. angitur.

est: tuum est, Caesar, ... quid mihi nunc animi sit, ad te ipsum referre; Deiot. 7. — in: erat animus in reliquis: quamquam erant pauci ..., pugnare tamen se velle clamabant; Verr. V, 89. in quo homine tantum animi fuit, ... ut ..; ib. 112. in te satis esse animi perseverantiaeque arbitror; imp. Pomp. 69. magnos animos esse in bonis viris; Catil. II, 19. vident quantum in te sit animi, quantum ingenii; Muren. 82. cum L. Scipioni provincia Asia ‖pc. ia, al.‖ obvenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris; Phil. XI, 17. — aequus: concedo, et quod animus aequus est et quia necesse est; Sex. Rosc. 145. — contentus: quamquam iste tuus animus numquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semper immortalitatis amore flagravit; Marcell. 27. — expeditus: bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit; har. resp. 60 — gratus: prae se populus Romanus ferebat sibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum constantem et egregium et Q. Ancharii fidem ac fortitudinem ... voluntate ipsa gratam ‖gratum‖ fuisse; Sest. 113. — iratus: (ubi) frons omnium familiaris (est), multorum animus iratus; Flacc. 87. — is: est etiam nobis is animus, Quirites, ut ..; Catil. III, 28. scilicet is animus erat Milonis, ut ..; Phil. II, 21. nec enim animum eius potestis ignorare nec copias. animus is est, quem videtis ‖vidistis‖; copiae, quas audistis * *; Phil. XI, 32. — maior: an pietas tua maior quam C. ‖quam‖ Gracchi? an animus? an consilium? Rabir. 14. — praesto: itaque intellegitis et animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse; Phil. XIII, 13. — qui: nisi in hac causa qui vester animus sit ostenderitis ‖ostendetis‖; Sex. Rosc. 12. ex quo intellegere posses, qui animus patrius in liberos esset; ib. 46. qui tandem istius animus est nunc in recordatione scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commovear, verum etiam corpore perhorrescam? Verr. IV, 110. quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? leg. agr. II, 96. — sollicitus: ſ. attendit.

exsistit: qui tum animus L. Flacci ..., qui amor in patriam ... exstitit! Flacc. 103. si M. Petrei non excellens animus et amor rei publicae ... exstitisset; Sest. 12.

fallit: permultos et ego novi et, nisi me fallit animus, unus quisque vestrum, qui ..; Sex. Rosc. 48.

ferunt: an tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Arch. 12. hos consules non dicam animi hominum, sed fasti ulli ferre possunt? Piso 30.

festinat: ad haec enim, quae in civili bello ... fecit, et ad ea, quae cotidie facit, festinat animus; Phil. II, 47. tres viae sunt ad Mutinam — quo festinat animus, ut ..; ib. XII, 22.

flagrat: ſ. est contentus.

frangit se: ſ. angitur.

fugit: est [levis] animi lucem splendoremque fugientis iustam gloriam repudiare; Piso 57.

habet: at in omnium animis atque ore versaris atque divinus animus mortale nihil habuit neque tuorum quicquam potuit emori praeter corpus; Scaur. 50.

impellit: si iam violentior aliqua in re C. Caesar fuisset, si eum magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod ..; Vatin. 15.

laetatur: nubit Oppianico continuo Sassia, lae-

tanti iam animo et spe optime confirmato; Cluent. 28.

occurit: ſ. dicit; Sulla 69.

offendit: noli putare nullos fuisse, quorum animos tuus ille fortis animus offenderet; Planc. 53.

oritur: hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, cum corpore ‖corpori‖ animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, cum idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3. § 4.

patet: si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures patent omnibus; Sulla 26.

(patiens: ſ. V, 1. parere).

potest: fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam non numquam impeditus, hoc .. non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere; Cael. 45. ſ. attendit. capiunt. ferunt.

praegestit: praegestit animus iam videre .. lautos iuvenis; Cael. 67.

praesentit: quod optimi et sapientissimi cuiusque animus ita praesentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur; Rabir. 29. ſ. angitur.

reconciliat, reducit: hic me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam; prov. cons. 23.

refert se: ſ. oritur. — reformidat, refugit: ſ. dicit; Phil. XIV, 9. — restituit: ſ. reconciliat. — satis facit: ſ. dicit; Sulla 69.

serviunt: una in illa re servitutis oblita civitas ingemuit servientibusque animis, cum omnia metu tenerentur, ‖animis‖ gemitus tamen populi Romani liber fuit; Phil. II, 64.

spectat: ſ. praesentit. — studet: ſ. dicit; Sulla 69. — sustinet: ſ. potest. — terminat: ſ. angitur.

valet: illae valent apud me excusationes iniuriae tuae, iratus animus tuus, aetas, amicitia nostra; Sulla 47.

videt: ſ. praegestit. — videtur: ſ. praesentit.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** abicio: tu continentiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, ... tu labores tuos ... fractos esse et abiectos et repudiatos putas? Planc. 9.

abstineo: abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario; Verr. a. pr. 36.

adduco: vestros animos ‖† annos‖ propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut ..; Fr. B. VI, 23.

adfero: hunc igitur animum attulit ad tribunatum P. Sestius; Sest. 13. animum nobis adferre legati debuerunt: timorem attulerunt; Phil. VIII, 22.

adfligo: qui me animo nimis fracto esse atque adflicto loquebantur; dom. 97.

adhibeo: adhibite animos et mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har. resp. 20.

admoneo: nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctis ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet ..; Arch. 29.

adverto: ſ. **animadverto.** (S. 229).

alieno: noli igitur animos eorum ordinum, qui praesunt iudiciis ..., alienare a causa; Sulla 64.

armo: ingratus est iniustusque civis, qui armorum periculo liberatus animum tamen retinet armatum; Marcell. 31.

attendo: quo tempore igitur auris iudex erigeret animumque attenderet? Verr. I, 28. attendite animos ad ea, quae consequuntur; leg. agr. II, 38. (attentus: ſ. V, 1. audire; Sest. 31).

augeo: tu ... eorum (improborum civium) augeas animos, bonorum spem virtutemque debilites? Phil. VII, 5.

avoco: neque is sum, qui ... eis delecter aut utar omnino litteris, quae nostros animos deterrent atque avocant a religione; har. resp. 18.

capio: quae civitas est in Asia quae non modo imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? imp. Pomp. 66. aliquando ... patrium animum virtutemque capiamus, ut ..; Phil. III, 29.

cohibeo: qui ab auro gazaque regia manus, oculos, animum cohibere possit; imp. Pomp. 66.

commemoro: sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro? Sest. 118.

commoveo: at eam tibi C. Verres fecit iniuriam, quae ceterorum quoque animos possit alieno incommodo commovere; div. Caec. 55. neque enim magis animos hominum nocentium res umquam ulla commovit quam haec maiorum consuetudo longo intervallo repetita; ib. 67. ut nomine ipso et memoria patris animos imperitae multitudinis commoverem; Verr. I, 151. domo eius omnia abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent commovere; ib. II, 83. commoti animi sunt omnium; ib. 88. voluerunt ... eorum .. animos non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri; ib. III, 14. animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatium odio Oppianici et illius adulescentis misericordia commoventur; Cluent. 24. non intellegebat animos iudicum non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri; ib. 58. ut animos et populi Romani et iudicum commoverem; ib. 139. poena gravior in plebem tua voce efflagitata est: commoti animi tenuiorum; Muren. 47. cum ista res nihil commovisset eius animum, ad quem veneratis; Ligar. 28.

compleo: completi sunt animi auresque vestrae, Quirites, me ... commodo vestro obsistere; leg. agr. III, 3.

comprimo: remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent adrogantiam; Flacc. 53.

concito: vidistis enim, ut animi multitudinis in istum dolore et odio et communis periculi metu concitarentur; Verr. V, 163. ſ. admoneo.

confirmo: diffidebam mehercule, C. Aquili, satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere; Quinct. 77. eum tamen vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato; Quir. 19. utrum hoc est confirmare militum animos an debilitare virtutem? Phil. V, 4. ſ. I. laetatur.

conformo: quas (imagines) ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam; Arch. 14.

(coniunctus: ſ. V, 1. negotiari).

conservo: qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset; Verr. III, 134.

consolor: si qua reliqua spes est, quae sociorum animos consolari possit; div. Caec. 18. locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos quam ad consolandos accommodatus; Sulla 17.

contemno: bonorum animos in meo casu contempserat: Milo unus urgebat; Milo 88.

conturbo: qui numquam in acie pertimuerit ..., idem nunc conturbato animo pertimescit ne..; Font. 48.

converto: nunc iam revocandi estis eo, quo vos ipsa causa ... cogit animos mentisque convertere; Sulla 69. convertite animos nunc vicissim ad Milonem; Milo 34.

debeo: semper ita sentiet, talem se animum et generis dignitati et pietati suae et patriae debuisse; Flacc. 104.

debilito: quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit? sen. 36. minui auxilia populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum; Balb. 25. nolite animum meum debilitare cum

Digitized by Google

luctu tum etiam metu commutatae vestrae voluntatis erga me; Planc. 103.

dedo: ſ. I. potest.

deleнio: „tu gubernacula rei publicae petas fovendis hominum sensibus et deleniendis animis et adhibendis voluptatibus“? Muren. 74.

demitto: quid C. Neronis ... non nullis in rebus animum nimium timidum atque demissum (proferam)? Verr. I, 75. sic existimatis eos hic ... versari, animo demisso atque humili, ut solent ei, qui ..? Font. 33. erigebat animum iam demissum et oppressum Oppianicus; Cluent. 58. sit apud vos modestiae locus, sit demisso animo ‖demissis hominibus‖ perfugium; Muren. 87. tamen erat angusti animi atque demissi iusti triumphi honorem dignitatemque contemnere; Piso 57.

demoveo: non ea sola vis est, quae ad corpus nostrum vitamque pervenit, sed etiam multo maior ea, quae periculo mortis iniecto [formidine animum perterritum] loco saepe et certo de statu demovet; Caecin. 42.

deprecor: ut suos novos clientis a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribilis impetus deprecetur; Font. 36.

deterreo: ſ. avoco.

dissolvo: quis tam dissoluto animo est, qui haec cum videat, tacere ac neglegere possit? Sex. Rosc. 32.

effero: quamquam et insolentia dominatus extulerat animos et erat incredibili armatus audacia; dom. 141.

effreno: furor enim quidam ... istius effrenatum animum importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut ..; Verr. V, 139.

erigo: qui nunc primum ... spe vestrae aequitatis erigere animum et paulum respirare a metu coepit; Cluent. 200. magno animo et erecto est; Deiot 36. ut oratio consulum animum meum erexit spemque attulit ... salutis conservandae; Phil. V, 1. quam ob rem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem; Fr. B. XIII, VIII. ſ. demitto; Cluent. 58.

excito: genus est belli eius modi, quod maxime vestros animos excitare atque inflammare ad persequendi studium debeat; imp. Pomp. 6. ut auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus; har. resp. 41. senatus incredibilis voluntas, equitum Romanorum animi ad causam excitati, erecta Italia; Sest. 87. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum rerum, sed etiam recordatio; Phil. II, 47.

excolo: ſ. I. ferunt; Arch. 12.

expleo: nemo huic tam iniquus praeter parentem fuit, cuius non animum iam expletum esse putemus; Cluent. 202. explevi animos invidorum; placavi odia improborum; dom. 44.

exsaturo: cum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare vellent; Verr. V, 65.

exulcero: propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari? Scaur. 35. fore putabant ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret; Deiot. 8.

facio: quae res est quae cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? imp. Pomp. 27.

firmo: animum adulescentis nondum consilio ac ratione firmatum pellexit eis omnibus rebus, quibus illa aetas capi ... potest; Cluent. 13.

frango: quod si quis existimat, me aut voluntate esse mutata aut debilitata virtute aut animo fracto, vehementer errat; Quir. 19. fracti erant animi hominis; Sest. 89. ut omnium malevolorum, iniquorum, invidiosorum animos frangeremus: quos ut accusator incenderet ..; Balb. 56. ut ... prosternerent se et populo Romano fracto animo atque humili supplicarent; Planc. 50. populi Romani restinguet ardorem, municipiorum atque Italiae franget animos; Phil. V, 25. ſ. abicio. adfligo. debilito; sen. 36.

habeo: non enim vereor ne quis alienum me animum habuisse a causa nobilitatis existimet; Sex. Rosc. 135. hic, qui ... omnia .. habuisset aequiora et placabiliora quam animum praetoris atque hospitis; Verr. II, 95. estne hic, qui .. animum in rem publicam habuit eius modi ..., ut ..? ib. 113. superiore omni oratione perattentos vestros animos habuimus; ib. III, 10. tantum animi habuit ad audaciam, ut ..; ib. 81. quorum animos iam ante habueris inimicos et invidos, quam ullas inimicitias susceperis; ib. V, 182. an vero illi equites Romani ... habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut ..? Font. 26. quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum aut quantam ad male dicendum licentiam, tantum haberent aut ad ementiendum animi aut ad fingendum ingenii; ib. 40. homo timidus imperitusque, qui neque animi neque consilii satis haberet; Caecin. 18. homo mea sententia prudentissimus Caecina tamen in hac re plus mihi animi quam consilii videtur habuisse; ib. 22. qui si quid animi et virtutis habuisset; Cluent. 171. cum ... ex voltu candidatorum coniecturam faciant quantum quisque animi et facultatis habere videatur; Muren. 44. si autem fieri posset, vel pluris te animos habere vellem, quos omnis ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non potest, isto *te* animo, quem habes praestantissimum atque optimum, nihil volumus nisi de Bruto cogitare; Phil. XI, 22. expedito nobis homine et parato ... opus est et eo, qui ... habeat ... auctoritatem, nomen, exercitum, perspectum animum in re publica liberanda; ib. 26. qui animum hostilem habet et cuius facta hostilia sunt; Fr. B. XII, 10.

ignoro: ſ. I. est is; Phil. XI, 32.

impedio: ſ. I. potest.

impello: non igitur impressio, non occisio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt; Flacc. 85.

incendo: quo animi illorum iudicum in Crassum incenderentur; Cluent. 140. vos profecto animum meum tum conservandae patriae cupiditate incendistis; Sulla 40. ſ. frango; Balb. 56.

incito: causam ipsam, quae levissimi hominis animum in Flaccum incitavit, quaeso, cognoscite; Flacc. 46. cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum conligeret Cassius; Sulla 37. fero ego te, Torquate, iam dudum, fero, et non numquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam revoco ipse et reflecto; ib. 46. qui ... ad imperitorum animos incitandos renovaturum te tua ... latrocinia ... putavisti; dom. 10. ut .. res esset ea, quae sua sponte multitudinis animos incitaret; ib. 12. qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionem; Sest. 139. ducibus paratis, animis militum incitatis; Phil. III, 32. ponite igitur ante oculos, patres conscripti, miseram illam quidem et flebilem speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam; ib. XI, 7.

induco: omnia vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit animum inducere, ut ..; Sex. Rosc. 53. neque legare quicquam ‖legare‖ eius modi matri poterat animum inducere; Cluent. 45. si mea voce perterritus ire in exsilium animum induxeris; Catil. I, 22.

inflammo: ut animum eius in Sthenium inflammarent ementiendo aliquid et criminando; Verr. II, 89. quae (res) tantum ha-bet ipsa gravitatis, ut neque mea ... neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos eloquentia requiratur; ib. V, 159. homo ... ad inflammandos animos multitudinis accommodatus; Cluent. 79. quis est enim qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata? Phil. XII, 8. itaque tantum afuit, ut inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus; Fr. B. IX, 5. ſ. consolor; Sulla 17. excito; imp. Pomp. 6. har. resp. 41.

inflo: cum tibi spe falsa ... animos rumor inflasset; Piso 89.

intendo: quibus ego rebus quid iste speret et quo animum intendat facile perspicio; Verr. a. pr. 10. quamvis enim intentus animus tuus sit ... ad virum fortissimum ... liberandum, tamen rerum natura coget te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum; Phil. XI, 22. ſ. habeo; Phil. XI, 22.

iudico: magna in hoc certe vis et incredibilis animus et non unius viri vires atque opes iudicantur; Milo 67.

libero: ſ. I. oritur.

mitigo: M. Fabium ... rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget; Font. 36. quamquam istorum animos, qui ipso Cornelio invident, non est difficillimum mitigare; Balb. 57. quam ob rem conlige te placaque animum istum aliquando et mitiga; Phil. X, 6.

moror: tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum et belli celeritatem morabitur; Phil. V, 26.

moveo: quid, illa, quae leviora videntur esse, non cuiusvis animum possunt movere, quod .. ? Verr. III, 7. sed pauca, quae meum animum repente moverunt, prius de L. Murenae fortuna conquerar; Muren. 35. Thyestea est ista exsecratio poetae volgi animos, non sapientium moventis; Piso 43. quasi .. moveant animos iudicum suis testimoniis; Planc. 55.

muto: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

novi: iam insolentiam noratis hominis; noratis animos eius ac spiritus tribunicios; Cluent. 109.

occaeco: spes rapiendi atque praedandi occaecat animos eorum; Phil. IV, 9.

occupo: volt enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati relinquatur; Font. 20.

offendo: quae (statuae) populi Romani oculos animosque maxime offendunt; Verr. II, 150. si ego accusator totiens de re eadem dicerem, vererer ne animos vestros offenderem, iudices; ib. III, 126. ut quisque istius animum aut oculos offenderat; ib. V, 143. hanc ... perseverantiam vehementer eis, quorum animum offendere voluerunt, gratam et iucundam fuisse; dom. 8. si cuius forte pontificis animum ... mea sententia offendit; ib. 31. si me invitum putas, ne Cn. Pompei animum offenderem, defendisse [causam]; Rab. Post. 33. profectio certe animum tuum non debet offendere: num igitur remansio? multo minus; Ligar. 4. statua inter reges posita animos hominum vehementer offensos; Deiot. 33. quod (periculum) etsi minus est fugiendum quam turpitudo, tamen offendit animos maioris partis hominum magis; Phil. VII, 16. quorum igitur veteranorum animos ne offendamus veremur? ib. XI, 38. ni vereretur ne veteranorum animos offenderet; ib. XIII, 13. ſ. I. offendit.

opprimo: quis dubitet quin servorum animos summa formidine oppresserit, cum ..? Verr. V, 14. ſ. demitto; Cluent. 58. effreno.

(paratus: ſ. IV, 2. alqs; Phil. XIII, 13. — V, 1. mori; Catil. IV, 3.)

pellicio: ſ. firmo.

percio: sive enim illud animo irato ac percito fecisset, ut ..; Milo 63.

permoveo: tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem; Verr. V, 150.

perspicio: cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum; Phil. IX, 4. cuius animum egregium dignumque ipso et maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis; ib. X, 13. ſ. habeo; Phil. XI, 26.

perterreo: ut non dubium sit quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi, cuius corpus volneratum sit; Caecin. 42. ſ. demoveo.

perturbo: exanimatus evolat ex senatu, non minus perturbato animo atque voltu, quam si ..; Sest. 28.

pervado: erat etiam alia gravis atque vehemens opinio, quae animos gentium barbararum pervaserat; imp. Pomp. 23.

placo: ut ea (virgo Vestalis) nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros placare possit; Font. 46. consulis alterius summum studium, alterius animus paene placatus; Sest. 87. vestros quidem animos certe confidimus non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos; Balb. 62. ſ. mitigo; Phil. X, 6.

pono: mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus; Cluent. 146. accedit eodem, ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem curam ... in petitione non possit ponere; Muren. 45.

profero: ſ. demitto; Verr. I, 75.

propono: tum meum animum in illos ... proposui; Verr. IV, 140.

reddo: sin ea crudelitas ... vestros quoque animos ... duriores acerbioresque reddidit, actum est, iudices; Sex. Rosc. 150.

refero: cum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque rettuli; Quinct. 47. age nunc, refer animum sis ad veritatem et considera; Sex. Rosc. 48. ſ. intendo; Phil. XI, 22.

reficio: quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant; Arch. 12.

reflecto: ſ. incito; Sulla 46.

refreno: cum eius animum ad persequendum non neglegentia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiaeque suae refrenaret; Verr. III, 180.

refrico: cum civium cruor, cum cinis patriae versari ante oculos atque animum memoria refricare coeperat; Sulla 19.

renovo: ſ. confirmo; Quir. 19.

repudio: ſ. abicio.

restinguo: ut alii dicerent animos hominum sensusque morte restingui, alii autem ..; Sest. 47.

retardo: ut istius, credo, animos atque impetus retardaret; div. Caec. 33. cum iste atque istius amici ... sermones eius ‖ huius ‖ modi dissipassent, quo animos testium retardarent; Verr. I, 17.

retineo: ſ. armo.

revoco: revocarem animos vestros ad Mithridatici belli memoriam, ad illam universorum civium Romanorum ... caedem; Flacc. 60. revocate iam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam rem publicam; dom. 142. ſ. incito; Sulla 46.

saepio: ſ. I. oritur. — sano: ſ. exulcero.

satio: quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset; Sulla 1. ut ... in eius corpore lacerando atque vexando cum animum satiare non posset, oculos paverit suos; Phil. XI, 8.

seiungo: quorum animos a vestra auctoritate seiunctos esse arbitrabatur ‖ arbitrabamur ‖; har. resp. 47.

sollicito: pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum; Catil. IV, 17.

solvo: hoc ego loco soluto et quieto sum animo et quorsum recidat responsum tuum non magno opere laboro; Qu. Rosc. 43. animo coepi multo magis vacuo ac soluto nihil aliud nisi de iudicio agere et cogitare; Verr. a. pr. 26. ubi animo semper soluto liberoque erat; ib. II, 185. uxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secum habere; ib. V, 82. non liberius, quam antea ..., sed paulo solutiore animo tamen ‖ tamen animo ‖ secum illam haberet; ib. itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram; Tull. 1.

suscipio: de vestri imperii dignitate atque gloria ... videte quem vobis animum suscipiendum putetis; imp. Pomp. 11.

suspendo: cum servitiorum animos in Sicilia

Digitized by Google

suspensos propter bellum Italiae fugitivorum videret; Verr. V, 14.

tango: ut numquam animum tuum cura fortunarum tuarum cogitatioque tangeret; Verr. III, 65.

tardo: ut omnium inimicorum ‖ iniquorum ‖ tuorum animos accusatorumque tardares; Verr. II, 167. ſ. refreno.

tego: etenim animus eius voltu, flagitia parietibus tegebantur; Sest. 22.

tempto: cum essent animi servorum et spe et metu temptati, ut aliquid in quaestione dicerent; Cluent. 176.

teneo: ſ. I. oritur.

traduco: an ab hac illius infamia, * nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? Verr. II, 192.

transfero: statim suspicione offensi ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus; Verr. II, 187. mulierculae publicanae noluit ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno suo quaestu animum ad vectigalia redimenda transferret; ib. III, 78. tu, cum [te] de curriculo petitionis deflexisses animumque ad accusandum transtulisses; Muren. 46.

video: atquin huius animum erga M. Brutum studiumque vidistis; Phil. X, 17. ſ. suspendo. — I. est is; Phil. XI, 32.

vinco: animum vincere, iracundiam cohibere, victor iam temperare; Marcell. 8. sed vincam animum mihique imperabo; Phil. XII, 21.

2. **Genetiv**: angor: angebatur animi necessario, quod ..; Verr. II, 84.

sum: nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ‖ animorum vestrorum ‖ ac magnificentiae; leg. agr. II, 22. etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis ... amplitudinem nominis ... tradere; Muren. 16. est vestri animi atque virtutis declarare non esse eos vos ..; Sulla 93. an vero tam parvi animi videamur esse omnes, ... ut ..? Arch. 30. nimium me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor; Sest. 36. harum rerum tot atque tantarum esse defensorem et patronum magni animi est, magni ingenii magnaeque constantiae; ib. 99. novum hominem — fuit enim et animi satis magni et consilii; Planc. 12. ut ... ad eos ipsos rediret. magni cuiusdam animi atque eius viri est, quem ..; Ligar. 26. qui oblivisci nihil soles nisi iniurias, quoniam hoc est animi, quoniam etiam ingenii tui; ib. 35. cuius tam inhumani et ingrati animi (fuerit), a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri? Deiot. 15. maioris omnino est consilii providere ne quid tale accidat, animi non minoris fortiter ferre, si evenerit; Phil. XI, 7. ſ. I. fugit. — II, 1. demitto; Piso 57.

3. **Dativ**: adfero: exspectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non videt? Phil. VII, 1.

infigo: haec cura .. erit infixa animo meo sempiterna, ut ..; Quir. 25.

insero: inest hoc tempore haud obscurum odium atque id insitum penitus et inustum animis hominum amplissimorum; har. resp. 55.

inuro: videte, iudices, quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque amicorum animis inusserint istius iniuriae; Verr. II, 163. ſ. insero.

mando: percipite, quaeso, diligenter quae dicam et ea penitus animis vestris mentibusque mandate; Catil. I, 27.

servio: quae (persona principis) non animis solum debet, sed etiam oculis servire civium; Phil. VIII, 29.

sum: absurdus: fraudavit Roscius. est hoc quidem primum auribus animisque omnium ‖ hominum ‖ absurdum; Qu. Rosc. 19. — perfugium: ſ. I. demitto; Muren. 87.

supplico: cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent; Font. 41.

4. **Ablativ**: haereo: consumptis enim lacrimis tamen infixus haeret animo dolor; Phil. II, 64.

sum: quo me tandem animo fore putatis ‖ putetis ‖, si ..? Verr. a. pr. 40. qui si animo esset eo ‖ eo animo esset, animo esset ex quo, al. ‖, quo non modo eques Romanus, sed quivis liber debet esse; ib. II, 58. hoc animo esse Siculos, ut ..; ib. 157. Antiochus, qui animo et puerili esset et regio; ib. IV, 65. qua re non dubito quo animo iudex huius criminis esse debeas, qui ..; ib. 70. de quibus (testibus) ego antea laborabam ..., nunc sum animo aequissimo; Caecin. 3. vos ... quo tandem animo esse debetis? imp. Pomp. 11. quo tandem igitur animo esse existimatis .. eos, qui ..? ib. 16. quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus ..? Cluent. 29. cum ... neque genere neque animo regio esse; leg. agr. II, 42. quid censetis ...? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? ib. 45. Pompeius autem hoc animo est ‖ sit ‖, ut ..; ib. 62. tamen hoc animo semper fui, ut ..; Catil. I, 29. gladiatores ..., quamquam animo meliore sunt quam pars patriciorum; ib. II, 26. quo tandem me animo esse oportet ..? Muren. 4. qui et quo animo iam sit et qualis vir futurus sit videmus; ib. 78. sin hoc animo quam plurimos esse voltis; Flacc. 105. ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse ... fateor; Arch. 15. quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut ..? ib. 17. dubitatis quo animo in me conservando fuerit futurus, cum ..? sen. 9. iam vero praetores quo animo in me fuerint vos existimare potuistis, cum ..; ib. 22. hoc si animo in vos liberosque vestros fuissem; Quir. 1. in me fuit eodem animo, quo etiam eius familiaris Catilina, si vicisset, fuisset; har. resp. 5. quonam me animo in eos esse oportet, cuius ..? prov. cons. 2. quo animo unus quisque vestrum debet esse in illos, hoc ero; ib. crudelis haberetur, si in hostis animo fuisset eo, quo fuit in civis Romanos; ib. 10. quo quisque animo futurus sit nescio; ib. 39. quo me tandem in te animo putas esse, Laterensis? Planc. 78. nemo erit tam crudeli animo tamque inhumano ... qui ..; ib. 102. hoc animo igitur senatus; Rab. Post. 13. neque solum ut quieto, sed etiam ut magno animo simus hortantur; Milo 3. qui animo fideli in dominum et praesenti fuerunt; ib. 29. „te quidem, cum isto animo es, satis laudare non possum“; ib. 99. quid vos, iudices? quo tandem animo eritis? ib. 101. hic aequo animo esse potuit belli discidio distractus a fratribus? Ligar. 5. cum (rex) a te esset animo alieno; Deiot. 22. alieno autem a te animo fuit quo modo? ‖ fuit. quo modo? ‖ ib. 24. quo tum rex animo fuit? ib. 25. quo quidem animo cum antea fuit, tum ..; ib. 38. iubes enim eum bene sperare et bono esse animo; ib. sunt enim (consules) optimo animo, summo consilio, singulari concordia; Phil. III, 2. quo ‖ quam ‖ animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cum in eos, quos numquam viderat, tam crudelis fuisset? ib. V, 22. maximum vero eius beneficium numero, quod hoc animo in rem publicam est; ib. XIII, 7. in quas (colonias) eodem est animo; ib. XIV, 9. quam diu quidem hoc animo erga vos illa plebs erit, quo se ostendit esse, cum ..; Fr. B. VI, 28. ſ. II, 1. adfigo. dissolvo. frango; Quir. 19. solvo; Qu. Rosc. 43. Verr. II, 185.

5. **mit Präpoſitionen**: accedo ad: verebar ne illa subtiliter ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet; Cael. 25.

accido ad: nihil istum quod ad oculos animumque acciderit ... reliquisse; Verr. IV, 2.

adfigo in: neque (causa) delata ad me, sed in animo sensuque meo penitus adfixa atque insita est; Verr. V, 139.

adhaeresco in: sic nunc horum te offeras mentibus et in horum animis adhaerescas; Scaur. 49.

amitto ex: adsiduitate molestiarum sensum om-

nem humanitatis ex animis amittimus; Sex. Rosc. 154.

cogito cum: sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare; leg. agr. II, 64.

condo, conloco in: in animis ego vestris omnis triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et conlocari volo; Catil. III, 26.

considero cum: considerate cum vestris animis vosmet ipsi ecquem putetis ..; Verr. III, 29.

defigo in: at quam sententiam dixi? primum eam, quam populi sermo in animis nostris iam ante defixerat; dom. 9.

deleo ex: ut ... deleatis ex animo suo suspicionem omnemque metum tollatis; Sex. Rosc. 6.

delibero: sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum, omnis ... iudices reicere; Verr. III, 95.

dico de: ut de eorum constantia atque animo in rem publicam dicam, quorum ..; Sulla 82. — ex: equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio et quod vobis audientibus saepe iam dixi; Piso 81.

eicio ex: ut amorem illum penitus insitum eiceret ex animo; Sex. Rosc. 53.

evello ex: hunc sibi ex animo scrupulum ... ut evellatis postulat; Sex. Rosc. 6. evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? Cluent. 4.

excido ex: nonne vobis videor ... medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possim evellere, ex animo quidem certe excidere? prov. cons. 43.

excito ad: fuistisne vos ad patrium illum animum maiorumque virtutem excitaturi? Sest. 81.

expono in: vitam alterius ... non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere; div. Caec. 27.

habeo in: „istum exheredare in animo habebat"; Sex. Rosc. 52. „ne exheredaretur veritus est". ... „habebat pater in animo"; ib. 58. accusatores inimicosque eius habere in animo pecuniam praetori dare; Verr. II, 69. uno genere, opinor, circumscribere habetis in animo genus hoc aratorum; ib. 149. multi reges, multae liberae civitates, multi privati opulenti ac potentes habent profecto in animo Capitolium sic ornare, ut ..; ib. IV, 68. me habere in animo causam hanc praesidio legis defendere; Cluent. 143. multa se arbitratur et peperisse ante factis et habere in animo atque virtute, quae nullo modo possit amittere; Deiot. 37. — momentum apud: ut sua religio, laudatio, auctoritas ‖ in laudatione auctoritatis ‖ aliquid apud vestros animos ‖ et ‖ momenti habuisse videatur; Font. 14.

haereo in: nec haerere in animis hominum sollicitudinem sempiternam; Deiot. 39.

induco in: ut ... in animum ‖ *animum* ‖ inducam, cuius nuper ferrum rettuderim ..., eiusdem nunc causam ... defendere; Sulla 88.

innascor, insero in: hoc ... Siculis ita persuasum est, ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur; Verr. IV, 106. ſ. adfigo in.

insido in: quae (oratio) non praetervecta sit auris vestras, sed in animis omnium penitus insederit; Balb. 4. ſ. II, 1. exulcero; Deiot. 8.

interest inter: ſ. I. consulit.

permano ad: ex quo (sanguine) si qua macula concepta est, non modo eluí non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut ..; Sex. Rosc. 66.

propono ante: vos ante oculos animosque vestros ... huius importunitatem, Apronii regnum proponite; Verr. III, 58.

recordor cum: haec ... facilius credetis, si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Stalieni vitam et naturam volueritis; Cluent. 70.

statuo cum: ſ. delibero cum.

sum in: in animo est ... leviter transire ac tantum modo perstringere unam quamque rem; Sex. Rosc. 91. quoniam in animo est causam omnem exponere; Verr. I, 32. SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQUI; ib. 84. dicis tibi in animo esse alio tempore persequi; ib. neque erat in animo postulare; ib. IV, 137. esse vim ‖ si vim, al. ‖ non in caede solum, sed etiam in animo; Caecin. 76. cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus; Marcell. 22.

tollo ex: ſ. deleo ex.

valeo apud: ut illud quaeramus ..., ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat; div. Caec. 17.

versor in: cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur; Verr. III, 131. numquam tibi populi Romani absentis diguitas, numquam species ipsa huiusce multitudinis in oculis animoque versata est? ib. V, 144. versantur enim, Quirites, in animo meo multae et graves cogitationes; leg. agr. II, 5. ſ. I. habet.

video de: alio loco de aratorum animo et iniuriis videro; Verr. II, 150.

III. **nach Adjectiven:** 1. **Ablativ:** praeditus: hae deliciae, quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse; Cael. 44.

2. **mit Präpoſition:** amicus ex: qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano iudicavit; Phil. XI, 34.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** alqs: ipse ... in re militari .. summi consilii et maximi animi; Font. 41.

alqd: ſ. I. est; Deiot. 7. est in; Verr. V, 112. imp. Pomp. 69. Muren. 82. Phil. XI, 17. — II, 1. habeo; Verr. III, 81. Font. 26. 40. Caecin. 18. 22. Cluent. 171. Muren. 44.

abiectio: quid debilitatio atque abiectio animi tui? Piso 88.

acies: nec illius animi aciem praestringit ‖ perstringit ‖ splendor sui nominis; Rab. Post. 43. praestrinxerat aciem animi D. Bruti salus; Phil. XII, 3.

adversio: hanc animi adversionem ‖ *remissionem* ‖ humanissimam ac liberalissimam iudicaretis; Arch. 16.

adulescens: hic ergo adulescens maximi animi, ut verissime scribit Hirtius, castra ... tutatus est; Phil. XIV, 28.

aequitas: quanta auctoritate, quanta animi aequitate, quanto pudore ... dicantur; Font. 23. si ego eius aequitatem animi probe novi; leg. agr. I, 14. hic tu modum vitae tuae non salute rei publicae, sed aequitate animi definies? Marcell. 25.

ardor: non fuit recusandum in tanto civili bello, tanto animorum ardore et armorum, quin ..; Marcell. 24. quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? Ligar. 9. ubi dolor? ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querellas solet? Fr. B. IX, 5.

atrocitas: non atrocitate animi moveor ..., sed singulari quadam humanitate et misericordia; Catil. IV, 11.

benevolentia: ſ. I. deest; Quir. 24.

caecitas: non mirum est, praesertim in furore animi et caecitate, multa illum et te fefellisse; dom. 129.

cogitationes: suae malae cogitationes conscientiaeque animi terrent; Sex. Rosc. 67.

concitatio: caedem vero tantam ... quis umquam in foro vidit? qua ex concitatione ‖ concertatione ‖ animorum? Sest. 77.

coniectus: facit enim, iudices, vester iste in me animorum oculorumque coniectus ‖ contectus ‖, ut ..; Sest. 115.

conscientiae: ſ. cogitationes.

contentio: qui ... dolorem suum magna contentione animi persequebatur; Sest. 39. ut ... om-

Digitized by Google

nem .. vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret; Cael. 39.

continentia: ora maritima .. Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter animi continentiam requisivit; imp. Pomp. 67.

cruciatus: ut omnis animi cruciatus et corporis etiam egestas ac mendicitas consequatur; Catil. IV, 10.

cupiditates: luxuries igitur hominem ... et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt? Sex. Rosc. 39.

cura: ut requiescerem curamque animi remitterem; Verr. IV, 137. ut non solum testimonium suum iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem; Cluent. 196.

debilitatio: ſ. abiectio.

disiunctio: non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio dissensionem facit; leg. agr. II, 14.

dolor: ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; Sex. Rosc. 129. cupiebam animi dolorem voltu tegere et taciturnitate celare; Verr. a. pr. 21. qua gravitate verborum, quo dolore animi dicam? ib. V, 158. quae ‖que, quam‖ videre sine summo animi dolore non poterat; Cluent. 16. quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; ib. 168. multos uno ‖una, al.‖ dolores animi atque corporis et omnis scelerum poenas ademisset; Catil. IV, 8. hominis miseri et cum corporis morbo tum animi dolore confecti; Muren. 86. qui concursus ex oppidis finitimis undique? qui dolor animorum? Flacc. 74. sed iam impedior egomet, iudices, dolore animi, ne ... plura dicam; Sulla 92. qui suam erga me benevolentiam et fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis volneribus ostendit; sen. 30. excitatus .. aliquando Cn. Pompei nimium diu reconditus et penitus abstrusus animi dolor subvenit subito rei publicae; dom. 25. suscipere tantos animi dolores ..., ea laus ... divina est ‖sit‖; ib. 98. si me ... efferret aliquando ad gloriam ... animi quidam dolor; har. resp. 17. fuit in his omnibus, etsi non iusta (causa) ..., gravis tamen et cum aliquo animi ‖et‖ virilis dolore coniuncta; ib. 44. luctum nos hausimus maiorem, dolorem ille animi non minorem; Sest. 63. quamquam dolor animi, innata libertas ... fortissimum virum hortabatur, ut ..; ib. 88. nec vero sine magno animi maerore ac dolore ... de te recordor; Scaur. 49. ut cum illo commodo ... animi quidam dolor iungeretur; Phil. II, 40. sine verborum contumelia a te dissentire possum, sine animi summo dolore non possum; ib. VIII, 17. ego autem sine iracundia dico omnia nec tamen sine dolore animi; ib. 19. ſ. cura; Cluent. 196.

duritia: eam .. animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur, non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem; dom. 97. an ego tantam aut animi duritiem habere aut oculorum impudentiam possim, ut ..? ib. 101.

effrenatio: quae effrenatio impotentis animi! Phil. V, 22.

egestas: magna maiestas consulis: ... non recipit levitas ista, non egestas animi; Piso 24.

firmitas: ut eum tali virtute tantaque firmitate animi se in rem publicam fuisse paeniteat; Sest. 95.

fructus: hoc ego ... beneficium ... ad animi mei fructum atque laetitiam duco esse permagnum; leg. agr. II, 6.

furor: qui propter insitum quendam animi furorem discordiis civium ac seditione pascantur; Sest. 99. ſ. caecitas.

gravitas: si ... non me ipsa res publica ... ad gravitatem animi et constantiam sua dignitate revocaret; Sulla 83.

homo: homo amantissimus patriae, maximi animi, summi consilii; Sulla 34.

impetus: ac te ipsum ... nunc .. animi quodam impetu concitatum ... iam usus flectet; Muren. 65. de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam; Cael. 76.

importunitas: quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto ... vellet; Cluent. 170.

indicium: hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si ..; sen. 8.

infirmitas: opprimi me onere officii malo, quam id, quod mihi ... impositum est, aut propter perfidiam abicere aut propter infirmitatem animi deponere; Sex. Rosc. 10.

iudicium: ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non possum; Muren. 60. de iudicio animi mei, ut volet, quisque sentiat; Rab. Post. 44.

laetitia: ſ. fructus.

legatus: hoc igitur in bello L. Murenam legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus; Muren. 34.

lenitas: si impendens patriae periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit; Catil. II, 28. qua mollitia sum animi ac lenitate; Sulla 18. at haec [tua iustitia et lenitas animi] florescet cotidie magis; Marcell. 12.

maeror: ſ. dolor; Scaur. 49.

magnitudo: finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnis denique virtutes magnum hominem et excelsum; Muren. 60. haec enim ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut ..; Flacc. 28. qui consul insidias rei publicae ... magnitudine animi vindicasset; Sulla 14. C. autem Gracchum ... dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit; har. resp. 43. vir incredibili fide, magnitudine animi, constantia; Sest. 26. iguari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret; ib. 60. quid ego de singulari magnitudine animi eius ac de incredibili virtute dicam? ib. 62. hominis ... divini, insigni quadam, inaudita, nova magnitudine animi, gravitate, fide praediti; ib. 85. qui magnitudine animi consiliis audacium restiterunt; ib. 139. unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur; ib. 141. sum Cn. Pompei virtutem et animi magnitudinem admiratus; prov. cons. 27. si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris fuit ... quam aedilitas; Planc. 50. cuius in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi ..; Rab. Post. 3. cum magnitudine animi tum liberalitate vitam patris et consuetudinem expresserat; ib. 4. me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse; Milo 1. recordamini ... quae (fuerit) magnitudo animi, qui voltus, quae oratio; ib. 61. cum tu ... unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres; ib. 69. tanta (est) in magnitudine animi et consilii dignitas, ut ..; Marcell. 19. quid de virtute eius dicam? de magnitudine animi, gravitate, constantia? Deiot. 37. cum C. Caesar deorum immortalium beneficio, divina animi, ingenii, consilii magnitudine ... colonias patrias adiit; Phil. V, 23. huius magnitudini animi, gravitati, sapientiae tempestas est oblata formidolosissimi temporis; ib. VII, 7. eius virtute, consilio, magnitudine animi liberatam rem publicam arbitrabatur; ib. VIII, 13. uterque nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisque gravitati; ib. IX, 9. alterius consilium, ingenium ... magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? ib. XI, 9. C. Cassius, pari magnitudine animi et consilii praeditus; ib. 28. at qui consul! ... si magnitudinem animi (quaerimus), qui praeferret mortem servituti; ib. XII, 2. eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine animi, felicitate populum Romanum ... liberatum; ib. XIV, 37.

memoria: tantum .. apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut ..; Marcell. 14.

molestia: cum ... hic ... nihil possit offensionis accipere sine acerbissimo animi sensu ac molestia; Cluent. 10.

mollitia: ſ. lenitas; Sulla 18.

monumenta: huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulcrum esse patiemini? Milo 104.

motus: ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? Arch. 17. cogitemus denique corpus virorum fortium ... esse mortale, animi vero motus et virtutis gloriam sempiternam; Sest. 143. quae mihi ad spem obtinendae veritatis gravissima sunt, ad motum animi et ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora; Deiot. 5.

natura: illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusque cum animi tum corporis; Sulla 78.

offensio: adfectum illum quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui meminerant; Deiot. 8.

opinio: quae fuerit ... Cn. Pompei gravitas in dicendo ..., non opinione tacita vestrorum animorum, sed perspicua admiratione declarari videbatur; Balb. 2.

perturbatio: hoc metu ‖motu‖ atque hac perturbatione animorum atque rerum, cum ... auctoritas consulis ... inluxerit; leg. agr. I, 24. nulla perturbatio animi, nulla corporis; Fr. B. IX, 5.

praesentia: videbant enim sapientissimi homines facti rationem, praesentiam animi, defensionis constantiam; Milo 62.

principium: est hoc principium improbi animi, miseri ingenii, nulli ‖nullius‖ consilii; Qu. Rosc. 48.

requies: quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum; Arch. 13.

robur: si qui .. hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit, ut ..; Cael. 39. est quodam incredibili robore animi; Milo 101.

satietas: sentio, iudices, occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum; Verr. IV, 105.

sensus: verbum ipsum omnibus animi et corporis sensibus devorabat; Sest. 23. ſ. dolor; Sex. Rosc. 129. molestia.

simulacra: an statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt ..? Arch. 30.

sollicitudo: hic ego tum ad respondendum surrexi, qua cura! ... qua sollicitudine animi! quo timore! Cluent. 51.

spes: ut ... redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingenii praeditum; Phil. II, 46.

terror: et volnus corporis magis istam vim quam terror animi declarabit; Caecin. 43.

tranquillitas: ut ... reditu ... spes otii, tranquillitas animorum, iudicia ... simul reducta videantur; dom. 17.

vestigia: qui (est enim) locus in quo non extent huius ... cum animi tum consilii impressa vestigia? Balb. 13.

vir: quod forsitan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit; Sest. 45. defendo ‖defendendo‖ fortem egregiumque virum, magni animi, summi laboris, optimi consilii ‖opti.‖; Fr. A. III, 13.

virtus: non solum militaris illa virtus ..., sed aliae quoque virtutes animi magnae et multae requiruntur; imp. Pomp. 64. cum infirmitatem corporis virtute animi ‖animi virtute‖ superaret; Sulla 34. se non commissurum, ut ... virtutem animi non haberet, quam numquam perdidisset; Quir; 20. cuius imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit; Phil. XIV, 4.

vis: quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis ... vim animi libertatemque dicendi; Cluent. 118. cum ... Q. Scaevola ... hastili nixus et animi vim et infirmitatem corporis ostenderet; Rabir. 21. sed animi viris corporis infirmitas non retardavit; Phil. VII, 12. nam quo maior vis est animi quam corporis, hoc sunt graviora ea, quae concipiuntur animo, quam illa, quae corpore; ib. XI, 9.

vitia: quae vitiis animi in deterrimas partis iura hominum convertit omnia; Cluent. 199.

voluntas: in studiis vestris tanta animorum declarata est voluntas, ut ..; Quir. 6.

2. **Ablativ**: alqs: „Medea animo aegro ‖aegra‖, amore saevo saucia“; Cael. 18. nuntiant se Pompei conveniendi causa divertisse Massiliam eumque cognovisse paratissimo animo, ut ..; Phil. XIII, 13. ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto monerem ... uti ..; ib. XIV, 17. ſ. II, 1. confirmo; Quir. 19. vgl. V, 1. advolare.

cives: quid esset quod ... nequaquam satis multi cives forti et magno animo invenirentur, qui auderent ..; Sest. 1.

homines: adducit iste interea in saltum homines electos maximis animis et viribus; Tull. 18. ad Caepasios fratres confugit, homines industrios atque eo animo, ut ..; Cluent. 57.

nocens: quae neque maximo animo nocens neque innocens nisi fortissimus vir neglegere potuisset; Milo 64.

V. **Umſtand**: 1. **Ablativ**: abhorrere: ex quo intellegi potest animo illos abhorruisse semper ab optimo civitatis statu; Phil. VII, 4.

accedere: meminero quo animo et quo consilio ad causam publicam accesserim; Verr. III, 164.

accipere: quem ipse accepi oculis animoque sensum, hunc vere apud vos ... exponam; Verr. III, 46.

accommodare: o vitam honestam atque eius modi, ut libentibus animis ad eius testimonium vestrum ius iurandum accommodetis! Sex. Rosc. 101.

adduci: ut intellegatis Cluentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua aut gloria adductum ... nomen Oppianici detuiisse; Cluent. 11.

adesse: ut facile intellegeretis eum non adfuisse animo, cum causa ab illis ageretur; Caecin. 30. adeste omnes animis, qui adestis; Sulla 33. huic animo gratissimo adsunt; ib. 72. quam ob rem adeste animis, iudices, et timorem ... deponite; Milo 4. summa laus consularium, vigilare, adesse ‖cogitare adesse‖ animo; Phil. VIII, 30.

adferre: Volcatius animo aequissimo nummos adfert, qui nihil amitteret; Verr. II, 56.

adfici: viri fortes ac magno et libero animo adfecti; Verr. III, 60. in his L. Murenae ... periculis ita sum animo adfectus, ut ... Muren. 55.

adire: ad arbitrium hoc animo adimus, ut ..; Qu. Rosc. 10.

adiungere: nam illud ipse actor adiungebat amico animo; Sest. 121.

adiuvare: „qui rem publicam certo animo adiuverit“; Sest. 120.

advolare: advolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnis bonos; Phil. V, 42.

agere: videte quam non inimico animo sim acturus; Verr. V, 9. quas (res) te magno et forti animo [et] agere [et dicere] videbam; Muren. 43. quamquam ille animo irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat; Quir. 21. ſ. II, 1. solvo; Verr. a. pr. 26.

agitare: vos .. saepius eandem rem animis agitare ... potestis; Font. 22.

amittere: Caecina rem non amittet, quam ipsam animo forti ... amitteret; Caecin. 75. argentum,

vestem, supellectilem, vinum amittet aequo animo; Phil. XIII, 11.

amplecti: ego tamen hoc onere suscepto [...] amplexus animo sum aliquanto amplius; Verr. II, 1.

aptus: hominem ... corpore, animo, studio, consuetudine natum atque aptum ad tempora belli militaremque rationem; Fr. A. III, 14.

armatus: at vero excitati, erecti, parati, armati animis iam ‖ itam, *tamen* ‖ esse debemus; Phil. VII, 26.

aspernari: quod nemo ... civis est ..., qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur; Piso 45.

aspicere: in ea porro provincia quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet? Muren. 89. his vestris decretis aut ille vos aequo animo aspicere poterit aut vos illum sine dolore summo videbitis? Phil. V, 29.

audire: hoc quemquam .. nunc tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare? Verr. III, 184. dicam ipso audiente, quod sensi et sentio, quoquo animo ‖ animo modo, al. ‖ auditurus est; dom. 25. etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis, iudices; Sest. 31. ego te, cum in Massiliensis tam acerbus es, Q. Fufi, non animo aequo audio; Phil. VIII, 18. quid? Galliam quo tandem animo hanc rem aduturam putatis? ib. XII, 9.

capere: quamquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio; Sulla 1. capiebam animo non mediocrem voluptatem; Planc. 1.

carere: si hac indigna suspicione careat, animo aequo se carere suis omnibus commodis dicit; Sex. Rosc. 144. si quidem ea rei publicae causa reliquissem, quibus aequo animo carerem; dom. 97. qui omnia in pecunia posuisset, honore animo aequo carere debere; Vatin. 38. ut aequo animo patria careret, cum sanguine inimici explesset odium suum; Milo 63.

cedere: saucii saepe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt; Caecin. 42. non dubitaturum fortem virum quin ... cederet aequo animo {legibus}; Milo 63. magno animo constantique cederet ex ingrata civitate; ib. 81.

cernere: cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium; Catil. IV, 11.

circumspicere: quae si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente circumspiciet; Font. 25. atque illud circumspicite vestris mentibus animisque ‖ unaque, al. ‖; leg. agr. II, 45.

cogitare: si nihil longius, quam vitae termini postulabant, spe atque animo de se et gloria sua cogitasset; Rabir. 29. ſ. II, 1. habeo; Phil. XI, 22.

commoveri: ut ... non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco; div. Caec. 41. ſ. I. est qui; Verr. IV, 110.

comperire: non modo animo nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspicionis fama pervenit; Sulla 12.

comprehendere: vestrum est, iudices, omnia ..., etiam si a me minus dicuntur, vestris animis et cogitatione comprehendere; Flacc. 66. qui omnis animo virtutes penitus comprehendisset; Balb. 3.

concipi: ſ. IV, 1. vis; Phil. XI, 9.

conferre se: qui se totos et animis et corporibus in salutem rei publicae contulerunt; Phil. XII, 7.

confiteri: confiteretur .., si fecisset, et magno animo et libenter; Milo 80.

coniunctus: pro Tullio .., homine coniuncto mecum non minus animo quam nomine; Tull. 4.

conscribere: si tuus scriptor ... vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet; dom. 129.

consistere: ſ. II, 1. confirmo.

consociare: tune ausus es isto oculo, non dicam isto animo, ... cum A. Gabinio consociare consilia pestis meae? sen. 16.

constitui: retinere ... consulem ... fortuna constitutum ad amplexandum otium, ... animo et usu ad quod velis negotium; Muren. 83.

contemplari: propone tibi duos reges et id animo contemplare, quod oculis non potes; Deiot. 40.

contendere: cum ad ultimum animo contendissemus; Muren. 65.

convenire: omnes eodem animo Lampsaceni ... ad aedis noctu convenerunt; Verr. I, 67.

decernere: nisi servire malumus quam ne serviamus armis animisque decernere; Phil. III, 33.

deduci: petitorem ego, praesertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis et in forum et in campum deduci volo; Muren. 44.

deesse: studio, amore, animo huic necessitudini non defuerunt; sen. 21.

defendere: omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuarii, ceteri negotiatores uno animo M. Fonteium atque una voce defendunt; Font. 46. vos ... testor integro me animo ac libero P. Sullae causam defendere; Sulla 86. ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent; prov. cons. 20. cum ... se.. acri animo defenderet; Milo 29. eo maiore animo studioque libertatem defendite, quo ..; Phil. XI, 3.

deferre: cum ... eas .. insidias ... ad me animo amicissimo detulisset; Planc. 100.

deficere: sin a vobis ... deserar, tamen animo non deficiam; Sex. Rosc. 10.

deplorare: hoc consilio ... petiverunt, ut ...; hoc animo totiens apud patronos de suis miseriis deplorarunt; Verr. II, 10.

deponere: hanc tu .. potuisti aequo animo tantam dignitatem deponere? Phil. I, 31.

deserere: qui ea, quae numquam cara ac iucunda duxit, animo aequo rei publicae causa deserit; dom. 98.

dicere: quae in M. Marcellum inimico animo dixit; Font. 24. bono te animo tum ... populus Romanus et ceteros ... dicere existimavit ea, quae sentiebatis; imp. Pomp. 56. quicquid ... mihi dicendum erit, eo dicam animo, ut ..; Cluent. 118. accipiet in optimam partem C. Pansa ...: etenim dicam animo amicissimo; Phil. VII, 5. ſ. agere; Muren. 43.

discedere: nam possessores animo aequiore discedent: nullam impensam fecerant; Phil. VI, 14.

dissentire: hominem ... nihil in re publica molientem, tantum animo ab actionibus dissentientem; Vatin. 21.

dissidere: quasi natura et genere diiuncti sint, ita dissident a nobis animo et voluntate; Verr. V, 182.

educere: cum .. A. Hirtius ... fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit impetumque in M. Antonium ... fecerit eiusque copias occidione occiderit; Phil. XIV, 36.

emori: si emori aequo animo non potes; Catil. I, 20.

erectus: ſ. armatus.

esse: cum: (vitiviralis auctoritas) nobiscum nec animo certe est nec corpore; Phil. XII, 23. — in: is aequo animo tum me expulso ... in hac urbe esse posset? Sest. 63. consul: his ‖ huius ‖ tu ... insignibus consulatum declarari putas? animo consulem esse oportet, consilio, fide ..; Piso 23. — tuus: iam est ‖ tam etsi, al. ‖ totus animo ac studio tuus; Ligar. 30.

excitatus: ſ. armatus.

existere: ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate ... T. Annius et. P. Sestius praestanti in me benevolentia ... exstiterunt; Quir. 15.

exspectare: legatorum reditum exspectetis animo aequo; Phil. VI, 15.

facere: fecit animo libentissimo populus Romanus ut ..; Verr. a. pr. 25. ita educatus est, ita factus et animo et corpore, ut ..; ib. IV, 126. suam familiam fecisse dicit. ... quo animo? ut id fieret, quod factum est; Tull. 25. quod ergo eo animo factum est, ut ..; ib. quo quisque animo quid faceret, spectari oportere; Cluent. 76. nihil feci iratus, nihil impotenti animo; har. resp. 3. quod cum praesens Deiotarus regio et animo et more fecisset; Deiot. 19. ago etiam gratias, quoquo animo facis; Phil. II, 33. ſ. educere. — II, 1. percio.

ferre: quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo; Sex. Rosc. 49. si animo aequo provincia tulisset; Verr. II, 139. quod eo magis ferre animo aequo et concedere videmur, quia ..; ib. V, 126. quod salus sociorum summum in periculum ... vocatur, quo tandem animo ferre debetis? imp. Pomp. 12. non modo reticere hominis parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere; Cluent. 17. quod si solus in discrimen aliquod adducerer, ferrem .. animo aequiore; leg. agr. II, 6. quo ... temptamini leviter quo animo libertatis vestrae diminutionem ferre possitis; ib. 16. quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt ..., quo tandem animo tibi ferendum putas? Catil. I, 16. quae si per alios agerent ..., aequiore animo ferre possemus; Flacc. 96. P. Clodii mortem aequo animo ferre nemo potest; Milo 20. quo tandem animo hoc tyrannum illum tulisse creditis? ib. 35. credo autem, qui generi querellam moderate ferat, aequo animo laturum amici; Phil. VIII, 19. haec .. mandata ... non dico animo ferre, verum auribus accipere potuistis? ib. 28. utrum aequo animo laturum *me* putavit? Fr. B. VIII, 10.

fingere: fingite animis ..., fingite igitur cogitatione imaginem huius condicionis meae; Milo 79.

flecti: quibus ego rebus .. ita flectebar animo atque frangebar, ut ..; Sulla 18.

frangi: ut frangerer animo propter vitae cupiditatem; Phil. II, 37. ſ. flecti.

frui: mihi liceret eius urbis ... conspectu tranquillo animo et quieto frui; Sulla 26.

habere: illum quidem amico animo me habere eodem loco quo principem civem, suum generum, sentiebam; prov. cons. 41. ſ. II, 1. solvo; Verr. V, 82. ✕.

horrere: si nemo umquam praedo tam ... immanis fuit qui ... non horreret animo, cum ..; dom. 140.

imbibere: nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset; Verr. a. pr. 42.

incubare: qui illi pecuniae, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret; Cluent. 72.

infestus: inrupit in Galliam, quam sibi armis animisque infestam inimicamque cognovit; Phil. X, 21.

inflari: cum ... hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret; Muren. 33.

ingredi: vir excellenti animo in rem publicam ingressus; Vatin. 7.

insequi: ut eos etiam libertus et accensus eius tam irato animo ac litteris insequatur; Verr. III, 157.

intendere: si enim C. Antonius quod animo intenderat perficere potuisset; Phil. X, 9.

intueri: quae (frequentia) nunc te animo iniquissimo infestissimoque intuetur; Verr. V, 144. intuemini paulisper animis iuventutem et eos maxime, qui ..; dom. 47. quorum ... voltum atque incessum animis intuemini; Sest. 17. quos enim ego tum alios animo intuebar? Planc. 101.

manere: animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit; Sest. 58.

mori: deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar; Catil. IV, 3. quae si tecum ipse recolueris, aequiore animo et maiore consolatione moriere; Phil. XIII, 45.

moveri: movebatur animo et ... extimescebat; Deiot. 11.

natus: ſ. aptus.

negotiari: quod cives Romani ... permulti in illo oppido coniunctissimo animo cum ipsis Agrigentinis vivunt ac negotiantur; Verr. IV, 93.

occidere: ſ. educere.

oppetere: an mihi ipsi ... fuit mors aequo animo oppetenda? Sest; 47. ex qua (civitate) innumerabiles alii ... mortem in variis bellis aequissimis animis oppetissent; ib. 48.

paratus: ſ. armatus.

parere: non modo patienti, sed etiam libenti animo portentis deorum immortalium religionique parebo; har. resp. 11.

pati: (Gallia) omnis aequo animo belli patitur iniurias, dum modo repellat periculum servitutis; Phil. XII, 9.

perspicere: perspicite animis, iudices, iam dudum quid velim vel potius quid nolim dicere; Cael. 69.

pertimescere: ſ. II, 1. conturbo.

petere: ego enim ... Siciliam petivi animo; Planc. 95.

praecellere: vir et animo et virtute praecellens; Balb. 25.

praemonere: sane benevolo animo me ut magno opere caverem praemonebat; Verr. a. pr. 23.

praeponere: nec vero illorum quisquam ... esset P. Sestio aut acerbitate mortis aut animo in rem publicam praeponendus; Sest. 88.

praeterire: cum hos compello, praetereo animo ‖*omnino*‖ ex grege latrocinii neminem; Phil. XIII, 10.

prosequi: cum me in illo tristi ... discessu non lacrimis solum tuis, sed animo, corpore, copiis prosecutus esses; Planc. 73. laudo vos, Quirites, quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adulescentis; Phil. IV, 3.

prospicere: ut ... tu, C. Aquili, iam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis; Quinct. 35. videte, iudices, et prospicite animis quid futurum sit; Verr. III, 218. ut illum Magium intellegatis non ‖intellegatis‖ longe animo prospexisse morientem; Cluent. 34. sed totum genus oppugnationis huius, iudices, .. iam prospicitis animis; Cael. 20. alio ego vidi ventos; alias prospexi animo procellas; Piso 21.

providere: hoc animo providebat ..., fieri non posse ut ..; Verr. II, 37. ut tum demum animis saluti vestrae provideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis; Catil III, 4. hoc providebam animo ..., non mihi esse ... C. Cethegi furiosam temeritatem pertimescendam; ib. 16.

relaxari: verum tamen homines, quamvis in turbidis rebus sint, tamen ... interdum animis relaxantur; Phil. II, 39.

remittere: ne repugnetis eamque (opinionem) animis vestris aut libentibus aut aequis remittatis; Cluent. 6.

repudiare: cum orbis terrae distributionem ... animis, manibus, vocibus *repudiavistis*; Rabir. 32. quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiavi; prov. cons. 41. quam (provinciam) item magno animo et constanti C. Cestius repudiavit; Phil. III, 26.

requirere: (ut,) cum peroraro, tum, si quid erit praeteritum, [animo] requiratis; Cluent. 6.

sedere: quo tandem animo sedetis, iudices? Verr. V, 123.

sentire: hic, quod cum ceteris animo sentiebat, id magis quam ceteri et voltu promptum habuit et lingua; Planc. 34.

sequi: quam rationem pari virtute, animo, fide P. Sestius secutus ..; sen. 20.

servire: petitioni toto animo servire propter iudicium non licebat; Verr. a. pr. 24.

sorbere: quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione ... censetis? Phil. XI, 10.

sumere: itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut ..; leg. agr. II, 15.

tardari: vereor ne exercitus quoque nostri ... tardentur animis, si ..; Phil. XI, 24.

tenere: omnia illa, quae et saepe audistis et tenetis animis, ... praetermitto; prov. cons. 8. omittam igitur Pompeium iam oratione mea [relinquam], sed vos, iudices, animis ac memoria tenetote; Balb. 17.

venire: quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis; Verr. II, 149. hoc animo me ad legendam legem cognoscendamque venisse, ut ..; leg. agr. II, 14. credo, Cato, te isto animo atque ea opinione venisse; Muren. 78. cum ... ipse animo firmissimo venit in templum; Sest. 62.

versari: ſ. II, 1. demitto; Font. 33.

videre: Verr. III, 6. V, 152. prov. cons. 17. Phil. VIII, 32. XII, 20. ſ. **aequus:** animus (S. 139, a).

vivere: ſ. negotiari.

zum Satz: hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod ..; Sest. 49.

2. **Präpoſitionen**: causa: habet animi causa rus amoenum et suburbanum; Sex. Rosc. 133. animi et aurium causa tot homines habet, ut ..; ib. 134. convivium publicum non dignitatis causa inibit ..., sed plane animi sui causa; Piso 65. qui illud animi causa fecerit, hunc praedae causa quid facturum putatis? Phil. VII, 18.

in: ut omnes qui aderant intellegere possent in animo eius metum cum cupiditate pugnare; Verr. II, 74.

pro: Magnum Pompeium ... pro patris maiorumque suorum animo studioque in rem publicam ... fecisse; Phil. XIII, 50.

propter: qui .. propter honorem ac dignitatem atque animum eximium in rem publicam ... patris tui periculis commovebatur; Sulla 12.

annalis, das Jahr betreffend; subst. Jahrbücher: A. **beim Subſtantiv:** leges: legibus enim annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant, adulescentiae temeritatem verebantur; Phil. V, 47. itaque maiores nostri ... leges annalis non habebant, quas multis post annis attulit ambitio; ib.

B. **allein:** I. **Subject:** loquuntur: ut annales populi Romani et monumenta vetustatis loquuntur; dom. 86.

II. **nach Verb:** lego in: nemo fere vestrum est quin quem ad modum captae sint ... Syracusae saepe audierit, non numquam etiam in annalibus legerit; Verr. IV, 115.

III. **nach Subſtantiven:** litterae: an vero M. ille Lepidus ... non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poëtae voce laudatus est, quod ..? prov. cons. 20.

memoriam: ut ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus invenies; Sulla 27.

monumenta: cum iste omnis ... verborum acerbitates non ex memoria vestra ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis atque ex regum commentariis conquisierit; Rabir. 15. haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur; Sest. 102. haec nimirum ‖mira‖ laus est, quae non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur; Rab. Post. 43.

vetustas: itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda memoria est nobilitatis tuae; Muren. 16.

anniversarius, jährlich: dies festi: ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu; Verr. IV, 107.

sacra: Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur; Verr. IV, 84.

sacrificia: atque ille Paean sacrificiis anniversariis simul cum Aesculapio apud illos colebatur; Verr. IV, 128. multi sunt etiam in hoc ordine, qui sacrificia gentilicia, illo ipso in sacello, stato loco, anniversaria ‖anniversarii‖ factitarint; har. resp. 32.

annona, Getreide, Getreidepreis, Theuerung: I. **Subject:** est: remissior aliquanto eius fuit aestimatio quam annona; Verr. III, 214. — est causa: sin causa fuit annona, seditionis quidem instimulator et concitator tu fuisti; dom. 11. — quanti: si, ut ambitiosi homines aut benigni, cum pluris senatus aestimasset quam quanti esset annona, ex senatus aestimatione, non ex annonae ratione solvisses; Verr. III, 195.

habet: annona porro pretium nisi in calamitate fructuum non habet; Verr. III, 227.

ingravescit: cum ingravesceret annona, ut iam plane inopia ac fames, non caritas timeretur; dom. 11.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** commuto: qui ..., iam paene belli depulso metu, commutatam annonam esse dicebant; quae quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cuius adventu fore vilitatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur; dom. 15.

consequor: subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas consecuta est; dom. 14.

facio duriorem, flagito: ſ. commuto.

levo: Sp. Maelium, qui annona levanda iacturisque rei familiaris ... in suspicionem incidit regni appetendi; Milo 72.

praesto: quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? dom. 14.

2. **Dativ:** prospicio: magno te decumas vendidisse, plebi Romanae consuluisse, annonae prospexisse; Verr. III, 151.

3. **mit Präpoſitionen:** dico de: post illam sententiam, quam dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos; dom. 31.

interest inter: video quid inter annonam interesse soleat; Verr. III, 191.

III. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** caritas: campus Leontinus, cuius ante ‖antea‖ species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, annonae caritatem non vereremini; Verr. III, 47. caritas enim annonae faciebat, ut istuc, quod re parvum videtur ‖videbatur‖, tempore magnum videretur; ib. 215. cum tu in annonae caritate in consules ... repentinos impetus comparares; dom. 13. movet me etiam in hac caritate annonae, sterilitate agrorum, inopia frugum religio Telluris; har. resp. 31. quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit; ib. 43. populum Romanum, quem in caritate annonae, ut saepe ante fecerant, frumento suppeditato levarunt; Balb. 40.

causa: qui ... renovaturum te tua *cum* illis funesta latrocinia ob annonae ‖binum nonae‖ causam putavisti; dom. 10.

coniectio: ut intellegas non ex aestimatione neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coniectione‖coniunctione‖ annonae atque aestimationis; Verr. III, 189.

difficultas: difficultatem annonae summamque inopiam rei frumentariae, ut homines non iam diuturnam caritatem, sed ut famem plane timerent, nemo negat; dom. 12.

nomen: rem publicam annonae nomine in id discrimen quo vocabatur non esse venturam dom. 17.

perfugia: hic est Campanus ager et Leontinus, quae duo maiores nostri annonae perfugia ducebant; Phil. VIII, 26.

ratio: ubi enim semel ab annonae ratione et ab aratorum voluntate res ad praetorum ‖ praetoris ‖ libidinem translata est; Verr. III, 220. hinc cum ... alterae (decumae) novis institutis propter annonae rationem imperentur; ib. 227. ſ. I. est quanti.

solacium: unumne fundum pulcherrimum populi Romani, ... horreum legionum, solacium annonae disperire patiemini? leg. agr. II, 80.

subsidium: nos caput patrimonii publici, ... subsidium annonae, horreum belli ... servare non potuisse; leg. agr. I, 21.

varietas: nam totus quaestus hic .. aestimationis ex annonae natus est varietate; Verr. III, 192.

vilitas: tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est unius hominis spe ac nomine, quantam ..; imp. Pomp. 44. petebatur a me frumenti copia, annonae vilitas; dom. 16.

2. **mit Präpoſitionen:** controversia de: si mihi tecum neque de annona neque de aestimatione tua potest esse controversia, quid sedes? Verr. III, 194.

sententia de: ſ. II, 3. dico de.

IV. **Umſtand:** 1. facere: noli igitur dicere istum idem fecisse, quod Sacerdotem, quoniam non eodem tempore neque simili fecit annona; Verr. III, 216.

2. ex: quod nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset et annona, non ex numero neque ex summa consideranda; Verr. III, 215.

annus, Jahr, Jahresertrag: I. **Subject:** abit: abiit ille annus: respirasse homines videbantur; Sest. 72.

adfert: quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? leg. agr. II, 93.

adfligit: tametsi et illum annum pertulerant, qui sic eos adflixerat, ut salvi esse non possent, nisi ..; Verr. II, 8.

consequitur: quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint? Muren. 85.

dat: cui superior annus idem et virilem patris et praetextam populi iudicio togam dederit, hunc hoc anno (video) ... subitam acerbitatem ... deprecantem; Sest. 144.

efficit: una lex, unus vir, unus annus non modo nos illa miseria ac turpitudine liberavit, sed etiam effecit, ut aliquando vere videremur ... imperare; imp. Pomp. 56.

est: agri sunt feraces; annus tertius; decumanus Apronius; Verr. III, 104. primus annus erat provinciae; ib. IV, 41. anni sunt octo, cum ista causa in ista meditatione versatur; Cluent. 82. fuerat ille annus iam ‖ tam, al. ‖ in re publica .., cum ... intentus *est* arcus in me unum; Sest. 15. deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi; Cael. 10. huius comitiis C. frater — eius est enim annus ‖ enim iam annus ut, al. ‖ — iam repulsam tulit; Phil. VIII, 27. vicesimus annus est, cum omnes scelerati me unum petunt; ib. XII, 24. ſ. est fatalis; Catil. III, 9. — in: biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuit ‖ fuerit ‖; Verr. III, 216. — fatalis: eundem .. dixisse fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque imperii, qui esset annus decimus post virginum absolutionem, post Capitolii autem incensionem vicesimus; Catil. III, 9. ut ipse ille annus, quem ego mihi quam patriae malueram esse fatalem, octo tribunos haberet, qui ..; sen. 4. — recens: unum annum eligam, quo facilius id, quod institui, explicare possim: sumam annum tertium, quod et recentissimus est et ab isto ita administratus, ut ..; Verr. III, 104. — salutaris: in spem ... sumus adducti, hunc ipsum annum ... salutarem civitati fore; Milo 78.

evertit: labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat; Verr. III, 47.

habet: quem habuit ille pestifer annus ... minime timidum ... defensorem salutis meae; sen. 3. multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus; Sest. 58. ſ. est fatalis; sen. 4.

incidit: quinto quoque anno Sicilia tota censetur; ... quintus annus cum in te praetorem incidisset, censa denuo est: postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat; Verr. II, 139.

labefactat: ſ. evertit. — liberat: ſ. efficit.

nititur: [ut illo supercilio annus ‖ antuus, al. ‖ ille niti tamquam *vade* videretur]; Sest. 19.

sequitur: secutus est annus, *quo* causam de pecuniis repetendis ‖ repetundis ‖ Catilina dixit; Cael. 10.

vertitur: si debuisset ..., petisses statim; si non statim, paulo quidem post; ... anno vertente sine controversia: anno et sex mensibus vero; Quinct. 40. „apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis"; Phil. XIII, 22.

videtur: ſ. nititur.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** administro: ſ. I. est recens.

constituo: nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus; Cael. 11.

consumo: hi sunt anni consumpti in quaestura et legatione Asiatica et praetura urbana et praetura Siciliensi; Verr. I, 34.

eligo: ſ. I. est recens.

exspecto: itaque hoc tempore amisso annus est integer vobis exspectandus: quo interiecto civium calamitas ... propagatur; prov. cons. 17.

habeo: testamento si recitatus heres esset pupillus Cornelius isque iam annos XX haberet, vobis interpretibus amitteret hereditatem; Caecin. 54. qui ... annum integrum ad dilacerandam rem publicam quaereret, subito reliquit annum suum seseque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua, sed ut haberet ... ad praeturam gerendam, hoc est, ad evertendam rem publicam, plenum annum atque integrum; Milo 24.

intericio: ſ. exspecto.

numero: numerandus est ille annus denique in re publica, cum obmutuisset senatus? Piso 26.

perfero: ſ. I. adfligit.

quaero: quem reperiebam magistrum fuisse eo ipso anno, qui mihi maxime quaerendus erat; Verr. II, 182. ſ. habeo; Milo 24.

relinquo: ſ. habeo; Milo 24.

reservo: ut ... tertium illum uberrimum quaestuosissimumque annum totum iudicibus reservaret; Verr. a. pr. 40.

sumo: qui rex, sibi aliquot annis sumptis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum ... valuit, ut ..; Muren. 32. ſ. I. est recens.

2. **mit Präpoſitionen:** adfero in: quod ego vobis in hunc annum consul popularis adfero, pacem, tranquillitatem, otium; leg. agr. II, 102.

capio in: quae (lex) in annos singulos Iovis sacerdotem sortito capi iubeat; Verr. II, 126.

constituo in: finitores ‖ ianitores ‖ ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit; leg. agr. II, 32.

debeo in: ei locus ille atque bonos in illum annum ita deberi putabatur, ut ..; Verr. II, 128.

decerno in: ita in frumentum imperatum HS duodetriciens in annos singulos Verri decernebatur; Verr. III, 163.

distribuo in: quod .. civitatibus aequaliter esset distributum; ... huius imperati [in annos singulos] tritici modium DCCC milia; Verr. III, 168.

eximo ex: eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem; Verr. II, 129.

habeo in: habebit senatus in hunc annum quem sequatur; Sest. 20.

impero in: huic (civitati) iste in annos singulos cum sexagena milia tritici modium imperavisset; Verr. III. 170. alterum ... certam Achaeis in annos singulos pecuniam imperavisse; Sest. 94.

loco in: ut ad eum diem, quae sacris epulisque opus essent, in compluris annos locarentur; Verr. II. 52.

peto in: qui magister equitum fuisse tibi videre, in proximum annum consulatum peteres vel potius rogares; Phil. II, 76.

profiteor in: qui otii et concordiae patronum me in hunc annum rei publicae professus ‖ confessus ‖ sim; leg. agr. III, 4.

progredior in: an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo praetor alius futurus est: in illum, quo alius praetor fuit, regredietur? Verr. I, 109.

propago in: Brutus, qui ... ad similem virtutem ... stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit; Phil. I, 13.

redundo in: ſ. I. consequitur.

regredior in: ſ. progredior in.

renuntio in: quin renuntiatus sit aut eis ipsis comitiis consularibus aut certe in illum annum; Planc. 49.

rogo in: ſ. peto in.

transfero in: ſ. 1. habeo; Milo 24.

III. **natus:** qui homo? adulescentulus corruptus ...? annos natus maior quadraginta; Sex. Rosc. 39. eques Romanus, annos prope xc natus; Verr. III, 62. reliquit hunc annos xv natum; Cluent. 11. cum annos ad quinquaginta natus esset; ib. 110. adoptat annos viginti natus, etiam minor senatorem; dom. 34.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** accusatio: dum multorum annorum accusationi breviter dilucideque respondeo; Cluent. 8.

acta: [quod acta illa atque omnis res anni superioris labefactari a praetoribus ... putabant;] Sest. 40. cum omnia acta illius anni per unum illum labefactari viderentur; ib. 62.

caligo: postea vero cum ‖ quam ‖ ... ex superioris anni caligine et tenebris lucem ... dispicere coepistis; sen. 5.

causa: videsne me nihil de anni illius causa ... ex te quaerere? Vatin. 30.

consuetudo: qui eum leges doceant consuetudinemque omnium annorum demonstrent; Verr. II, 124.

custodia: cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset; Muren. 64.

decreta: cum quidem nihil a superioribus continuorum annorum decretis decesserit; Flacc. 27.

dissensio: quos ex multorum annorum dissensione huius ordinis ad societatem ... revocatos ... haec causa coniungit; Catil. IV, 15.

dolor: „longus fuit dolor“. bidui, at compluribus annorum saepe multorum; Phil. XI, 8.

exemplum: cum hoc illius funesti anni prodito exemplo videant ... se ... regno omni posse nudari; Sest. 59.

finis: ſ. I. vertitur; Phil. XIII, 22.

fructus: qua re saepe totius anni fructus uno rumore periculi ... amittitur; imp. Pomp. 15.

frumentum: cum ex eisdem agris eiusdem anni frumentum ex decumis Romam mancipes advexissent; Verr. III, 172.

furor: etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus; Sest. 56.

iniuriae: qui ... propter multorum annorum iniurias alienati a senatu putabantur; Phil. XII, 10.

lucrum: tantum de quaestu ac lucro dicam unius anni et unius agri; Verr. III, 106.

naufragium: necesse est ... me totum superioris anni rei publicae naufragium exponere; Sest. 15.

numerus: numerum annorum provinciis propagavit; Phil. II, 109.

pestis: reliquas illius anni pestis recordamini; Sest. 55. appellarisne nominatim pestem illius anni ..., P. Clodium; Vatin. 33.

pueri: ab isto ... pueri annorum senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt; Verr. II, 122.

quaestus: si unius anni quaestum in rem suam converteret; Verr. a. pr. 40. ſ. lucrum.

ratio: habui rationem eorum annorum, per quos iste in Sicilia fuisset; Verr. II, 182. an tibi unius anni aut biennii ratio fuit habenda? ib. III, 43.

res: ſ. acta; Sest. 40.

sacra: cuius opera omnium annorum sacra deosque patrios amiserant; Verr. IV, 151.

tabulae: me enim tabulas tuas ... proferre oportebat. verum negas te horum annorum aliquot confecisse; Verr. IV, 36.

tempestas: nonne prospicis tempestatem anni tui? Muren. 81.

tempus: reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis; Verr. I, 30. qui ... satis .. feliciter anni iam adverso tempore navigasset; ib. II, 95. ut certo tempore anni ... venderent; ib. III, 14. quam circa ... sunt ... laetissimi flores omni tempore anni; ib. IV, 107. quod ... tempus anni non impedit; ib. V, 29.

tenebrae: ſ. caligo.

vectigal: cum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit; imp. Pomp. 16.

2. **mit Präpoſition:** imperium in: erat alius ad portas cum imperio in multos annos magnoque exercitu; sen. 32.

V. **Umſtand:** 1. **Accuſativ:** cum annos iam compluris societas esset; Quinct. 14. annum fere una sunt; ib. 15. annum et sex mensis nihil petit; ib. 30. annum et eo diutius post mortem C. Quinctii fuit in Gallia tecum simul Quinctius; ib. 37. „pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius;“ ib. 43. qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sim versatus, ut ..; div. Caec. 1. cum equester ordo iudicaret, annos prope quinquaginta continuos; Verr. a. pr. 38. quae (signa) multos annos ante valvas Iunonis Samiae steterunt; ib. I, 61. cuius opera ipse multos annos esset in sordibus; ib. 152. gener, lectus adulescens, unum annum tecum fuit; ib. II, 49. quae tot annos in familia sacrarioque maiorum fuissent; ib. IV, 11. is Lilybaei multos iam annos habitat; ib. 38. cum tot annos in Sicilia negotiaretur; ib. 48. annum tibi illum unum domo carendum esse meretricis; ib. V, 38. unum, alterum mensem, prope annum denique, domi tuae piratae ... fuerunt; ib. 76. patimur enim multos iam annos et silemus, cum videmus ‖ videamus ‖ ..; ib. 126. quae pro vobis liberisque vestris tot annos in dis immortalibus placandis occupata est; Font. 46. qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamque praebuerit; Caecin. 78. ab illo tempore annum iam tertium et vicesimum regnat; imp. Pomp. 7. aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus Romanus ... maxima parte ... imperii caruit; ib. 54. quae multos iam annos et nunc cum maxime filium interfectum cupit; Cluent. 12. qui permultos annos quievit; ib. 163. quae in totam causam ... annos octo meditati accusatores conlegerunt; ib. 164. unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat; ib. 178. levate hunc aliquando supplicem vestrum .. tot annos in falsa invidia periculisque versatum; ib. 200. satis multos annos ex invidia laboravit; ib. 202. Asia multos annos vobis fructum Mithri-

datico bello non tulit; leg. agr. II, 83. „apud exercitum mihi fueris .. tot annos“; Muren. 21. neque (bellum) tot annos gessisset [neque] tanta gloria L. Lucullus; ib. 34. in quibus (partibus) annos multos legatus fuit; ib. 89. cum ipsi gravi faenore istam pecuniam multos annos occupavissent; Flacc. 59. annos iam triginta in foro versaris; ib. 70. cum in eisdem locis aliquanto ante eadem de causa aliquot annos fuisset; Sulla 56. cum (dissensio) iam inveterasset ac multos annos esset agitata; ib. 60. cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet; Arch. 7. qui tot annos ita vivo .., ut ..; ib. 12. qui ... totum illum annum querellas senatus ... pertulerunt; Quir. 11. tot igitur annos versatus in foro sine suspicione, sine infamia; Cael. 11. cum iam aliquot annos esset in foro; ib. 12. centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium notionemque censoriam; Piso 10. quae (Fortuna) tot annos illum in hanc rem publicam insultare pateretur; Milo 87. ne praetoriae provinciae plus quam annum neve plus quam biennium consulares obtinerentur; Phil. I, 19. multos annos regnare meditatus, magno labore ... quod cogitarat effecerat; ib. II, 116. qui viginti iam annos bellum geram cum impiis civibus; ib. VI, 17. quae intermissa compluris annos; Fr. B. VI, 35.

abhinc: Verr. I, 34. II, 25. Balb. 16. Phil. II, 119. ſ. **abhinc**, S. 20.

amplius: qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius unis moribus et numquam mutatis legibus vivunt; Flacc. 63.

plus: appellandi tempus non erat? at tecum plus annum vixit; Quinct. 41.

2. **Ablativ:** ne is ... sexagesimo denique anno dedecore ... notetur; Quinct. 99. qui Romam multis annis non venit; Sex. Rosc. 74. quod neque Romae multis annis fuerit neque ..; ib. 79. qui multis annis Romam omnino non accesserit; ib. 92. decem his annis proximis HS sexagiens honestissime consequi potuit; Qu. Rosc. 23. comitia nostra, quorum iste se, ut ceterorum hoc anno comitiorum, dominum esse arbitrabatur; Verr. a. pr. 25. quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset; ib. II, 17. ipso vigesimo anno, cum tot interea praetores ... in provincia fuissent, hereditas ab his Veneris nomine petita est; ib. 25. sodales ... primo anno te reliquerunt; ib. 49. cum tibi illo ipso anno a Chelidone venisset hereditas; ib. 116. Verres tot annis atque adeo saeculis tot inventus est qui ..; ib. III, 21. ut eam (provinciam) multis annis multorum innocentia sapientiaque recreare nequeamus; ib. haec omnia ... anno tertio te edixisse dico; ib. 51. primo anno venierunt eius agri decumae tritici modium $\overline{\text{XVIII}}$; ib. 75. anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici modium $\overline{\text{XXV}}$DCCC et ipse Herbitam ... venisset, populus publice coactus est ..; ib. 76. anno tertio vero in hoc agro consuetudine usus est regia; ib. addicitur medimnum $\overline{\text{VIII}}$C, dimidio fere pluris quam superiore anno; ib. 77. quod iam superioribus annis adflicti erant ac paene perditi; ib. qui tot annis agellos suos [te praetore] redimere a piratis solebant; ib. 85. anno secundo Tissenses HS $\overline{\text{XXI}}$ lucri dare coguntur inviti: tertio anno $\overline{\text{XII}}$ mod. tritici lucri Diogneto Venerio dare coacti sunt; ib. 86. ab hac eadem civitate anno secundo simili ratione extortam esse pecuniam ... cognovistis; ib. 89. cum is eo ipso tempore primo istius anno consul esset; ib. 97. Calactinis quam ob rem imperasti anno tertio, ut ..? ib. 101. unus ager uno anno trecenta milia modium tritici et praeterea HS $\overline{\text{L}}$ lucri dat Apronio; ib. 106. agri Leontini decumae tertio anno venierunt tritici medimnum $\overline{\text{XXXVI}}$; ib. 110. recita tandem quot acceperit aratores agri Leontini Verres. LXXXIIII. quot anno tertio profiteantur. XXXII; ib. 120. quod aratores adveniente te fuerunt agri Mutycensis? ... CLXXXVII. quid? anno tertio? LXXXVI; ib. ager Herbitensis primo anno habuit aratores CCLII, tertio CXX; ib. Agyrinensis ager ... CCL aratores habuit primo anno praeturae tuae. quid? tertio anno? LXXX; ib. quotienscumque Panhormum veneris illo anno et sex mensibus; ib. V, 21. hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum malam consuetudinem nimiamque licentiam constitutum est; Tull. 8. hoc tantum bellum ... quis umquam arbitretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno aut omnibus annis ab uno imperatore confici posse? imp. Pomp. 31. an C. Falcidius, Q. Metellus ..., cum tribuni plebi fuissent, anno proximo legati esse potuerunt? ib. 58. qui autem anno suo petierunt ‖ petierint, al. ‖, sine repulsa non esse factos; leg. agr. II, 3. quod hoc honore ... primum me multis posthabitis ‖ post annis ‖ adfecistis, quod prima petitione, quod anno meo; ib. 4. quoniam eodem anno gerendi nobis essent magistratus; ib. 11. „nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te“; Catil. I, 18. cum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno rei publicae rettulisset; Flacc. 1. quid postero anno? nonne ... pecunia in classem est erogata? ib. 30. bis hoc anno me defendente absolutus est A. Thermus; ib. 98. atque illo ipso tamen anno, cum ego cessissem, ... numquam dubitastis ..; sen. 4. quantum mihi beneficium dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus consul est! quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset! ib. 9. P. Lentulum proximo anno consulem futurum; Quir. 15. quod (ostentum) haud scio an gravissimum multis his annis huic ordini nuntiatum sit; har. resp. 10. primum negotium isdem magistratibus est datum anno superiore, ut curarent ..; ib. 15. omnibus malis illo anno scelere consulum rem publicam esse confectam; Sest. 53. qui superiore anno senatu caruisset; ib. 63. cur ... constitutum .. est illo anno ... iure posse ... quemvis civem ... ex civitate exturbari? ib. 65. quae vero promulgata illo anno fuerint ‖ fuerunt ‖, quae promissa multis, quae conscripta, quae sperata, quae cogitata, quid dicam? ib. 66. quis autem rex erat, qui illo anno non aut emendum sibi quod non habebat, aut redimendum quod habebat arbitraretur? ib. hoc igitur anno magistratibus novis designatis, ... princeps P. Lentulus ... causam suscepit; ib. 70. captum erat forum anno superiore; ib. 85. quae (domus me) proximo anno maerens receperat et suo praesidio periculoque defenderat; ib 131. quaero ex te sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima; Vatin. 29. at idem vos anno superiore hos eosdem revocabatis, cum ‖ cum vi ‖ in provincias pervenissent; prov. cons. 13. quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur; Piso 10. unde his paucis annis Cn. Dolabellae, C. Curionis, M. Luculli iustissimos triumphos vidimus; ib. 44. utrum quae superiore anno ille gessisset manerent an rescinderentur; ib. 79. quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari; Planc. 71. ita tracta esse comitia anno superiore, ut ..; Milo 24. nihil erat cuiusquam, quod quidem ille adamasset, quod non hoc anno suum fore putaret; ib. 87. ut nemo his annis viginti rei publicae fuerit hostis qui non ..; Phil. II, 1. si anno superiore quaestor fuisset; ib. V, 46. Macedo Alexander ... nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? ib. 48. cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non ..? ib. XIV, 11. quae lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset; Fr. B. VI, 3. itaque auspicato postero anno x tribuni plebi comitiis curiatis creati sunt; ib. 24. ſ. I. adfert. dat. est; Cael. 10. incidit. sequitur. vertitur; Quinct. 40. — II, 1. quaero. — 2. progredior in.

abhinc: Roscium cum Flavio pro societate

Digitized by Google

decidisse. quo tempore? abhinc annis XV; Qu. Rosc. 37.

ante: non ita multis ante annis aiunt T. Caelium ‖Cloelium, al.‖ quendam ... inventum esse mane iugulatum; Sex. Rosc. 64. ad eorum se familiaritatem multis iam ante annis Oppianicus applicarat; Cluent. 46. quo modo is, qui anno ante Romae ius dixerat, anno post in Asia ius dixerit; Flacc. 6. qui tot annis ante civitatem datam sedem ... Romae conlocavit; Arch 9. quod anno ante frater Metellus ... excluserat; har. resp. 45. non minus perturbato animo atque voltu, quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset; Sest. 28. hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico; Balb. 41. ego in C. Rabirio perduellionis reo XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui; Piso 4. quo erat paucis annis ante deducta (colonia); Phil. II, 102. qui anno ante de Numantinis triumpharat; ib. XI, 18.

diutius: ſ. 1. Quinct. 37.

minor: habeo etiam dicere quem contra morem maiorum minorem annis LX de ponte [in Tiberim] deiecerit; Sex. Rosc. 100. in quibus multa sanxit de aetate hominum, ne qui minor triginta annis natus ‖natu‖ ... legeretur; Verr. II, 122. Caesar autem annis multis minor veteranos ... armavit; Phil. V, 44. quae est aetas nostris legibus decem annis minor quam consularis; ib. 48.

post: idem fecisses quod anno post M. Piso; Verr. I, 37. id nunc ..., tot annis post, ... a C. Verre pretio adsecuti sunt; ib. V, 51. quaero a vobis num istam legem ... L. Lucullus consul ... tulerit, num anno post M. Lucullus; Cluent. 137. cum multis annis post petissent, quam praetores fuissent; leg. agr. II, 3. (pecunia) recuperata est multis post annis; Flacc. 56. quae quidem leges anno post ... cum omni iure publico conflagraverunt; Vatin. 18. cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quaestio ... venisset; Balb. 48. paucis *post annis* in eam civitatem ... ascendit; Piso fr. 6. quae tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post ... vindicata est; Ligar. 12. nisi forte Accio ‖Attio‖ tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis; Phil. I, 36. quod igitur, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis post tu es inventus qui diceres? ib. II, 22. itaque maiores nostri ... leges annalis non habebant, quas multis post annis attulit ambitio; ib. V, 47. Cottae legem de iudiciis privatis anno post, quam lata sit, a fratre eius *abrogatam;* Fr. B. VI, 9. ut anno XVI post reges exactos ... secederent; ib. 24. ſ. ante; Flacc. 6.

3. **Präpoſitionen:** in: unde vix ter in anno audire nuntium possunt; Sex. Rosc. 132. UNDE TU ... ILLUM ... IN HOC ANNO VI DEIECISTI; Tull. 44.

inter: qui inter tot annos ne apellarit quidem Quinctium; Quinct. 46. quae inter decem annos, postea quam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt; Verr. a. pr. 37. qui inter tot annos unus inventus sit quem socii in urbis suas cum exercitu venisse gaudeant; imp. Pomp. 68.

per: ut ea (provincia) ... vix .. per multos annos innocentisque praetores aliqua ex parte recreari aliquando posse videatur; Verr. a. pr. 12. ea cupiditas, qua per hosce annos in quibusdam iudiciis usus es; ib. 35. vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem ... tollere potestis; ib. 49. qui per eos annos magistri illius societatis fuissent; ib. II, 182. militem nullum umquam poposcisti per tot annos; ib. IV, 21. cum multas acceperint per hosce annos socii atque externae nationes calamitates et iniurias; ib. 132. quod tam immune municipium (est) quod per hosce annos tam commoda vacatione omnium rerum sit usum quam Mamertina civitas per triennium? ib. V, 58. videtis praetores per hos annos interdicere hoc *exemplo* ‖intercedere hoc *interdicto*‖; Tull. 29. quis enim toto mari locus per hos annos .. tam firmum habuit praesidium, ut ..? imp. Pomp. 31. quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? ib. 32. sociis ego nostris mare per hos annos clausum fuisse dicam? ib. itinera quae per hosce annos in Italia ... nostri imperatores fecerint recordamini; ib. 38. utrum pluris arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbis an hibernis sociorum civitates esse deletas? ib. quos ad eas (nationes) per hos annos cum imperio misimus; ib. 65. quae (causa) iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur; Cluent. 7. quicquid mali per hosce annos A. Cluentius viderit; ib. 169. qui per eos annos consules fuerunt; leg. agr. II, 87. quae caedes per hosce annos sine illo facta est? Catil. II, 7. tot homines ... per tot annos etiam nunc statuere non potuisse utrum ..; Muren. 27. quocum per tot annos tot proeliis tot imperatores bella gesserunt; ib. 34. quae contio fuit per hos annos ... in qua ..? Sest 106. qui unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit; ib. 142. stipendium militibus per omnis annos a civitatibus ... esse numeratum? Piso 88. quae tamen (promissa) multo plura illo mortuo reperta sunt quam a vivo beneficia per omnis annos tributa et data; Phil. I, 17. multi fuerunt multis in legionibus per tot annos; ib. VI, 14. quae (statua) multos per annos progeniem eius honestaret; ib. IX, 5. ſ. IV, 1. ratio; Verr. II, 182.

post: ex qua (civitate) P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ... pro salute populi Romani ... devovisset; Sest. 48.

annuus, ein Jahr dauernd: fructus: multo enim pluris fructus annui Siciliae venire potuerunt; Verr. III, 117. tum sementi prohibita aut messe amissa fructus annuus interibat; ib. 125.

labor: cum ... multis .. non modo granum nullum, sed ne paleae quidem ex omni fructu atque ex annuo labore relinquerentur; Verr. III, 114.

lex: qui plurimum tribuunt edicto praetoris edictum legem annuam dicunt esse; Verr. I, 109.

magistratus: qui cum regum potestatem non tulissent, ita magistratus annuos creaverunt, ut ..; Sest. 137.

taciturnitas: tu curiae taciturnitatem annuam, tu silentium perpetuum iudiciorum ac fori, tu cetera illa in maledicti loco pones, quae ..? Piso 32.

tempus: annui temporis criminationem omnis aetas L. Flacci et perpetua vita defendet; Flacc. 100.

tutores: cum ... res publica sine consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata; sen. 4.

provinciae: ut .. praetores annuas provincias habeant; prov. cons. 17.

ansa, Handhabe: I. **nach Verben:** do: etiam sermones ansas dabant ‖sermonis ansas dabat‖, quibus reconditos eius sensus tenere possemus; Sest. 22.

habeo: si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur ..; Planc. 84.

retineo: iste autem hac sextula se ansam retinere omnium controversiarum putat; Caecin. 17.

II. **Ablativ:** tenere: ſ. I. do.

anser, Gans: clamant, al.: simillima est accusatorum ratio: alii vestrum anseres sunt, qui tantum modo clamant, nocere non possunt, alii canes, qui et latrare et mordere possunt; Sex. Rosc. 57.

internoscunt, al.: anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, ut significent

si fures venerint: at fures internoscere non possunt; significant tamen, si qui noctu in Capitolium venerint, et quia id est suspiciosum, tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem potius peccant, quae est cautior; Sex. Rosc. 56.

ante, vor, vorher: A. **Präpoſition:** I. **Raum:** 1. **nach Verben:** conloco: ut ante suum fundum ... Miloni insidias conlocaret; Milo 27.

constituo: hominem ante pedes Q. Manlii ... constituunt; Cluent. 38. constituitote ante oculos etiam huius miseri senectutem; Cael. 79.

expono; totam causam .. explicemus atque ante oculos expositam consideremus; Sex. Rosc. 34.

antefero, voranſtellen, vorziehen: alqm: tu cum omnibus rebus inferior sis, hac una [in] re te mihi anteferri putas oportere, quod quaestor illius fueris; div. Caec. 61. qui me antetuleritis nobilitati; leg. agr. II, 6. ut nemo ei se neque honore neque gratia neque fortunis anteferret; Sulla 89. quod cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus; prov. cons. 27.

alienigenas: potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercennarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre? Font. 32.

auctoritatem: num etiam in hac cotidiana [adsidua] urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis aut, ut verius dicam, cuiquam ex infimo ac despicatissimo ‖desperatissimo‖ antelaturus? Piso 64. te auctoritatem huius ordinis dignitatemque rei publicae tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre; Marcell. 3. ita locutus est, ut auctoritatem vestram vitae suae se diceret anteferre; Phil. IX, 9.

auxilium, celebritatem, consilium: ſ. auctoritatem; Piso 64.

cupiditatem: quid enim stultius quam inutilem potentiam, invidiosas opes, cupiditatem dominandi praecipitem et lubricam anteferre verae, gravi, solidae gloriae? Phil. V, 50.

cupidos: ſ. alienigenas.

dignitatem: ſ. auctoritatem; Marcell. 3.

fratrem: cum se fratrem uxoris tuae fratri tuo germano antelatum videbat; dom. 118.

gratiam: ſ. auctoritatem; Piso 64.

imperatores: quis dubitet de foederibus et de toto iure pacis et belli hominibus ‖omnibus‖ iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? Balb. 45.

ignotos, impios, inimicissimos, iniquos, mercennarios: ſ. alienigenas.

libertatem: cum magna pars in eis civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret; Balb. 21.

operam: ſ. auctoritatem; Piso 64.

opes, potentiam: ſ. cupiditatem.

salutem: a quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti una voce depoposcit, ut eam non solum commodis suis, sed etiam necessitati victus anteferret; Phil. XIV, 5.

sententiam, spendorem: ſ. auctoritatem; Piso 64.

voluptates: solet enim in disputationibus suis oculorum et aurium delectationi abdominis voluptates anteferre; Piso 66.

antehac, bisher: soleo uti: id providete, ne avaritiae, quae antehac occultis itineribus atque angustis uti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis inlustrem atque latam; Verr. III, 219.

antelucanus, bis vor Tagesanbruch: cenae: quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur; Catil. II, 22.

antepono, vorziehen: alqm: aperte ab iudicibus petit, ut tu mihi anteponare; div. Caec. 23. quam ob rem non modo mihi, sed cuiquam anteponare; ib. 59. vos si mihi Q. Caecilium anteposueritis; ib. 73. anteponatur omnibus Pompeius; Catil. IV, 21. quid est qua re quisquam mihi se ipsa populari ratione anteponat? dom. 88. si cedo illius ornamentis ...: sin hunc illi antepono ..; Planc. 6. „ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui, sed ..;“ ib. 12.

auctoritatem: qui ... neque in eo, quod monebatur, auctoritatem patris neque in eo, quod rogabatur, voluntatem anteponendam putavit libidini suae; Verr. II, 97.

calamitatem: ut ... horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant; Sest. 142.

commoda: si ille ... exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae; Scaur. 35.

diem: hunc tu igitur diem tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus iure antepones; Marcell. 11. tu autem, M. Antoni, ... unum illum diem ... non omnibus his mensibus ... anteponis? Phil. I, 31.

dignitatem: tum, si audebunt, dignitati horum anteponant suam; Flacc. 61.

disciplinam: cuius ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam; Flacc. 63.

genus: gaudeat suo generi me meum non anteponere; Sulla 25.

gloriam: non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam ..; Muren. 29.

gravitatem: ſ. disciplinam.

liberalitatem: ego enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna liberalitatem in suos, memoriam amicitiae reliquis virtutibus omnibus antepono; Rab. Post. 44.

libertatem: quam (libertatem) non solum ab ho-

minibus, verum etiam a bestiis expeti atque omnibus rebus anteponi videtis; leg. agr. II, 9. qui ... illius beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt; Phil. V, 3.

memoriam: ſ. liberalitatem.

mortem: ut ... mortem servituti anteponamus; Phil. III, 29. quae (mors) certe servituti anteponenda est; ib. XI, 24.

pecuniam: veri simile non est, ut ille homo ... religioni suae monumentisque maiorum pecuniam anteponeret; Verr. IV, 11.

provinciam: concede igitur, ut tibi anteponatur in accusando provincia; div. Caec. 54.

rationes: si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem; Quir. 1.

regem: omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones; Muren. 32.

salutem: ut homines Galli ... vestram .. salutem suis opibus anteponerent; Catil. III, 22. ei patria cara est, cuius salutem caritati anteponit suorum; dom. 98. cur ego non ignoscam, si anteposuit suam salutem meae? Piso 79. quamquam ... non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriae; Ligar. 28. ſ. commoda.

suffragationem: si ... hanc. urbanam suffragationem militari anteponis; Muren. 38.

vitam: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum civium; dom. 96. ut quo duce omnia summa sit adeptus, huius vitam non anteponat suae; Marcell. 21.

voluntatem: ſ. auctoritatem.

antesignanus, Vorkämpfer: sum: fueras in acie Pharsalica antesignanus; Phil. II, 71.

constituo: antesignanos et manipularis et Alaudas iudices se constituisse dicebat; Phil. V, 12.

antestor, zum Zeugen anrufen: alqm: te, Magne, tamen antestaretur, quod nunc etiam facit; Milo 68.

anteverto, einen Vorſprung nehmen: alqs: vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuvium illo ipso quo est profectus die: itaque antevertit; Milo 45.

antiquitas, Alterthum, Alterthümlichkeit, Biederkeit: I. **Subject:** est eadem: post sacra constituta, quorum eadem est antiquitas, quae ipsius urbis; har. resp. 13. — tanta: est enim tanta apud eos eius fani religio atque antiquitas, ut ..; Verr. I, 46.

proficiscitur, supplicat: cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent: primum generis antiquitas, quam [Tusculo] ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus; Font. 41.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** incido, noto, video: ſ. I. proficiscitur.

2. **Ablativ:** careo: mavolt .. generum suum munere tuo quam illud fanum antiquitate religionis carere; har. resp. 29.

3. **mit Präpoſition:** profero ex: qua de re ‖re tota‖ si unum factum ex omni antiquitate protulero, plura non dicam; Cluent. 133.

III. **nach Adjectiv:** plenus: exspectant ei, qui audiunt, exempla ex vetere memoria ..., plena dignitatis, plena antiquitatis; Verr. III, 209. nec illam divinam gravitatem plenam antiquitatis diutius homo eiusdem sanguinis potuit sustinere; Sest. 130. haec enim plena sunt officii, plena observantiae, plena etiam antiquitatis; Planc. 45.

IV. **nach Subſtantiven:** auctor: o praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis! Balb. 20.

documentum: P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae; Rab. Post. 27.

imago: unum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columen rei publicae diceres intueri; Sest. 19.

memoria: cum exemplis uterer multis ex omni memoria ‖multis † etiam illa materia | antiquitatis; Caecin. 80. Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit; imp. Pomp. 27.

monimentum: qui (homo) mihi videtur quasi quoddam exemplar pristinae gravitatis et monimentum antiquitatis in re publica divinitus servari; Fr. A. III, 17.

studium: cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hic id ex te primum audisse confitear; Planc. 58.

viri: duobus his gravissimae ‖gravissimis‖ antiquitatis viris sic probatus fuit, ut ..; Sest. 6.

V. **Umſtand:** pro: Habitus ... pro loco, pro antiquitate generis sui ... tantae voluntati universorum Larinatium deesse noluit; Cluent. 43.

antiquus, alt, alterthümlich, altehrwürdig, bieder, wichtig: I. **bei Subſtantiven:** alqs: quod ius si Cn. Pompeius ignoravit, ... si illi antiqui Latini; Balb. 64.

alqd: vereor ne haec forte cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur; Verr. I, 56. „neglegimus ista et nimis antiqua ac stulta ducimus“; Phil. I, 25. ne quid vita existimem antiquius; ib. XIII, 6. (vgl. II, 2).

amator: poteritne te ipse Alba, tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator, absolvere? Verr. III, 148.

amici: quod Halaesini, antiquissimi et fidelissimi socii atque amici, Romae impetrarant, ut ..; Verr. II, 122. ſ. amator.

antificium: qui (deus) ei paulo magis adfabre atque antiquo artificio factus videretur; Verr. a. pr. 14.

causa: causam .. suscepisti antiquiorem memoria tua; Rabir. 25.

Ceres: Cererem antiquissimam placari oportere; Verr, IV, 108. hanc ipsam Cererem, antiquissimam, religiosissimam, ... esse sublatam; ib. 109.

cives: neque enim ratio adferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis civibus possit; Caecin. 101.

custos: habenda est ... Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis, gratia; Catil. I, 11.

exempla: exempla quaerimus et ea non antiqua; Verr. III, 210. vide ne alienis exemplis eisque recentibus uti quam et antiquis et domesticis malle videare; Phil. XIII, 15.

fanum: illa vero expugnatio fani antiquissimi et nobilissimi Iunonis Samiae quam luctuosa Samiis fuit! Verr. I, 50. Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae scimus esse; ib. 54. ex quibus eligam spoliationem nobilissimi atque antiquissimi fani; ib. IV, 102. ab eo oppido non longe in promunturio ‖promontorio‖ fanum est Iunonis antiquum; ib. 103. quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit; ib. V, 119. cuius duo fana ..., sanctissima et antiquissima, ... nudavit; ib. 184.

fundus: quoniam potestas esset emendi fundum illum Fulcinianum, qui fundo eius antiquo contiguus esset; Caecin. 15. cum in antiquum fundum ingredi vellet; ib. 21.

homines: homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent ..., crediderunt; Sex. Rosc. 26. ut in illo antiquissimorum clarissimorumque hominum ... numero reponantur; Verr. III, 210.

imagines: non hac barbula ..., sed illa horrida, quam in statuis antiquis atque imaginibus videmus; Cael. 33.

lex: Agrigentini [de senatu cooptando] Scipionis leges antiquas habent; Verr. II, 123. antiquae sunt istae leges et mortuae, quem ad modum tu soles dicere; ib. V, 45. ille legem mihi de XII

tabulis recitavit ... et legem antiquam de legibus sacratis; Tull. 47. si est hoc novum in lege [Iulia], sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et sanctius; Rab. Post. 8. an Atheniensium antiquissimas leges negleget? Phil. V, 14.

libertas: ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas? Planc. 33.

litterae: vetus est haec opinio .., quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis; Verr. IV, 106.

locus: hoc signum noctu clam istius servi ex illo religiosissimo atque antiquissimo loco sustulerunt; Verr. IV, 99. fructus illos datos: antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum ..; ib. V, 36.

ludi: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani appellati sunt, ... esse faciundos; Verr. V, 36.

modus: tamen antiquum modum sationis nulla ex parte adsequi potuit; Verr. III, 46.

monumenta: idem iste praetor monumenta antiquissima ... spoliavit; Verr. a. pr. 14. ſ. litterae.

municipium: quod ... primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset; Muren. 86. tu es e municipio antiquissimo Tusculano; Planc. 19. quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit, vetustate antiquissimum? Phil. III, 15.

officium: „tu aliquem patronum invenies hominem antiqui officii?“ Quinct. 72. in qua muliere ... etiam nunc ... quasi exempli causa vestigia antiqui officii remanent; Sex. Rosc. 27.

oppidum: Himera deleta, quos civis belli calamitas reliquos fecerat ei sese Thermis conlocarant in eisdem agri finibus nec longe ab oppido antiquo; Verr. II, 86.

opus: *erant* autem haec omnia antiquo opere et summo artificio facta; Verr. IV, 46. eburneae Victoriae, antiquo opere ac summa arte perfectae; ib. 103.

patroni: quorum quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliae patronos, ... fieri soliti sint quis ignorat? Verr. III, 45. ut conarere clientelam ... auferre a certissimis antiquissimisque patronis; ib. IV, 90.

pecunia: ad illa HS 13 milia hereditaria accessit ipsius antiqua HS quindeciens pecunia; Verr. II, 61.

provincia: quae immanitas in nostra ‖ vestra ‖ antiquissima, fidelissima proximaque provincia versata sit; Verr. III, 64. cum fidelissimae atque antiquissimae provinciae patrocinium recepissem; Scaur. 26.

ratio: antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus obsolevit; Quinct. 59.

religio: „noli eius facta ad antiquae religionis rationem exquirere“; Verr. IV, 10. Dianae simulacrum, .. summa atque antiquissima praeditum religione; ib. 72. dixit senator populi Romani, splendor ordinis, ... exemplar antiquae religionis; Caecin. 28. fanum .. sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum (est) ... Brogitaro; Sest. 56.

reges: is cum amicus et socius populi Romani esset, amicissimo patre, avo, maioribus, antiquissimis et clarissimis regibus; Verr. IV, 67.

sedes: Diana ... reportatur Segestam; in suis antiquis sedibus ... reponitur; Verr. IV, 74. quorum iste Deli non fanum, sed ... sedem antiquam divinumque domicilium ... compilavit; ib. V, 186.

signum: ibi ... clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima; Verr. I, 46. cum signa quaedam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset; ib. II, 85. fieri id nullo modo posse, ut signa antiquissima ... tollerentur; ib.

simulacrum: sunt ea (simulacra) perampla atque praeclara, sed non ita antiqua: ex aere fuit quoddam ..., perantiquum, omnium illorum ... multo antiquissimum; Verr. IV, 109.

socii: ecquid apud vos querimoniae valerent antiquissimorum fidelissimorumque sociorum; Verr. II, 14. in Timarchidi potestate sociorum populi Romani antiquissimorum atque amicissimorum liberos ... fuisse; ib. 136. uti antiquissimi socii et fidelissimi ‖ fidelissimique ‖ [Siculi] ... in sedis suas revertantur; ib. III, 228. hic cuncti Siculi, fideiissimi atque antiquissimi socii, ... graviter commoventur; ib. V, 115. utrum ... amicissimis atque antiquissimis sociis ... consulere malitis an ..; Font. 15. quae (urbs) est fidissimorum antiquissimorumque sociorum; Phil. XI, 5. ſ. amici.

statuae: ſ. imagines.

status: ut ea (provincia) restitui in antiquum statum nullo modo possit; Verr. a. pr. 12.

templum: illinc tu templo, tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias ... adferre conatus es? Verr. I, 47.

urbs: Olympum ... cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam; Verr. I, 56.

II. **allein**: 1. **masc.**: habent: itaque maiores nostri, veteres illi, admodum antiqui, leges annalis non habebant; Phil. V, 47.

volunt: itaque ... apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt; Catil. IV, 8.

commemoro: qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeis, antiquis illis ..., sed his recentibus, Mariis et Didiis et Caeliis, commemorandis iacebant; Muren. 17.

apud: at vero apud antiquos Rulli, Decii, Corvini multique alii, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamininus ‖ Flaminius ‖ admodum adulescentes consules facti tantas res gesserunt, ut ..; Phil. V, 48. hic mos iam apud illos antiquos et barbatos fuit, ut persequerentur popularis; Fr. B. VII, 18.

2. **neutr.**: (vgl. I. alqd): neglego: verum tamen antiqua neglegemus: etiamne ea neglegamus, quae fiunt cum maxime, quae videmus? har. resp. 32.

praetereo: nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala Spurium Maelium ... occidit; Catil. I, 3.

antistes, Tempelvorſteher, Prieſter: dissentit: qui (senatus) uno illo solo antistite sacrorum dissentiente frequentissimus antea iudicavit; har. resp. 14.

sum: ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes omnes accolae atque antistites Cereris esse videantur; Verr. IV, 111. vos, qui estis antistites caerimoniarum et sacrorum; dom. 104.

requiro: aliae caerimoniae nobis erunt, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi; dom. 2.

antistita, Tempelvorſteherin: deferunt: postridie sacerdotes Cereris atque illius fani antistitae, maiores natu, probatae ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt; Verr. IV, 99.

anulus, Ring: I. **Subject**: commonet: ut hic modo me commonuit Pisonis anulus quod totum effluxerat; Verr. IV, 57.

declarat: neque enim iste anulus aureus abs te datus istum virum fortem, sed hominem locupletem esse declarat; Verr. III, 187.

deterret: non enim me tua solum et iudicum auctoritas, sed etiam anulus aureus scribae tui deterret; Verr. I, 157.

est: hinc ille est anulus aureus, quo tu istum in contione donasti; Verr. III, 185.

II. **nach Verben: Accuſativ**: adfero: ut is anulus ad se primo quoque tempore adferretur; Verr. IV, 58.

aufero: quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos abstulisse? Verr. IV, 57.

comminuo: ei ... nescio quo pacto, dum armis exercetur, anulus aureus, quem habebat, fractus et comminutus est; Verr. IV, 56.

detraho: quorum ex bonis istum anulo aureo donabas, qui ipsi anulos aureos posuerant liberisque suis detraxerant; Verr. III, 187. ita litteris istius patri familias ... anulus de digito detractus est; ib. IV, 58.

do, dono, duco: ita eundem anulum ab alio datum testem virtutis duceremus, abs te donatum comitem pecuniae iudicamus; Verr. III, 187. ſ. I. declarat.

facio: cum vellet sibi anulum facere; Verr. IV, 56. hominem in foro iubet sellam ponere et facere anulum omnibus praesentibus; ib. totam Hispaniam scire voluit unde praetori anulus fieret; ib. 57.

frango, habeo: ſ. comminuo.

invenio: iam vero scriba tuus anulo aureo suo, quem ex his rebus invenit, ista te ratione uti non sinet; Verr. III, 176.

iudico: ſ. do. — pono: ſ. detraho; Verr. III, 187.

trado: si ... anulum .. de digito suum tibi tradidit; Sex. Rosc. 144.

III. **Umſtand: Ablativ**: delectari: quotienscumque alicuius aut gemma aut anulo delectatus est; Verr. IV, 57.

donare: cum ... eos (amicos) in contione anulis aureis donabas; Verr. II, 29. saepe enim nostri imperatores superatis hostibus ... scribas suos anulis aureis in contione donarunt; ib. III, 185. neque enim solum scribam tuum anulo ... donasti; ib. [anulo aureo scriba donatus et ad eam donationem contio est advocata]; ib. 187. OB EAS RES TE ... HOC ANULO AUREO DONO; ib. ſ. I. est. II. detraho; Verr. III, 187.

sincere: ſ. II. invenio.

anus, alte Frau: moritur: quod anu mortua libertus statim ... Romam est profectus; Scaur. 12.

dimitto, al.: is cum hanc suam uxorem, anum et locupletem et molestam, timeret, neque eam habere in matrimonio propter foeditatem neque dimittere propter dotem volebat; Scaur. 8.

aper, Eber: adfero, percutio: L. Domitium praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum adlatus esset, admiratum requisisse quis eum percussisset; Verr. V, 7.

refero: in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere; Verr. IV, 95.

aperio, öffnen, offenbaren, enthüllen: (vgl. **apertus**): I. **mit indirecter Frage**: cum ille non dubitarit ‖dubitaret‖ aperire quid cogitaret, vos potestis dubitare quid fecerit? Milo 44. quid autem agatur cum aperuero, facile erit statuere ..; Phil. V, 6.

II. **mit Object**: alqd: omnino haec bona non venisse: id quod postea, si per vos, iudices, licitum erit, aperietur; Sex. Rosc. 127. omnia, quae in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini; Cluent. 66.

caput: cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invasit; Phil. II, 77.

causam: omnia tela totius accusationis in Oppianicum coniciebantur, aperiebatur causa insidiarum; Cluent. 50.

cogitationes, consilia: pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? studia, consilia cogitationesque eorum aperiam? Fr. B. VII, 1.

consuetudinem: mihi meae pristinae vitae consuetudinem, C. Caesar, interclusam aperuisti; Marcell. 2.

emptionem: aliter causam agi atque ille existimaret: aperiri bonorum emptionem; Sex. Rosc. 60.

fontem: suo tempore totius huius sceleris fons aperietur; Phil. XIV, 15.

forem: aperuit forem scalarum; Fr. B. VI, 49.

frontis: si populo grata est tabella, quae frontis aperit hominum, mentis tegit; Planc. 16.

imagines: domus erit, credo, exornata; aperientur maiorum imagines; Sulla 88.

insidias: vox ... eius hominis, qui consul insidias rei publicae consilio investigasset, veritate aperuisset; Sulla 14.

litteras: cum summis ... viris ..., litteras a me prius aperiri quam ad senatum deferrem ‖deferre, al.‖, placeret; Catil. III, 7. Volturcius vero subito litteras proferri atque aperiri iubet; ib. 12.

locum: si ullum locum apernerimus suspicioni aut crimini, accipiendum statim volnus esse; Verr. V, 181.

magmentarium: putant enim ad me non nulli pertinere magmentarium ‖acmentarium, al.‖ Telluris aperire; har. resp. 31.

maleficium: statuerant illud tantum esse maleficium quod non modo non occultari per se, sed etiam aperiri inlustrarique deberet; Sulla 7.

oculos: tu .. ex tuo edito monte, Latiaris sancte Iuppiter, ... aliquando ad eum poeniendum oculos aperuisti; Milo 85.

Pontum: populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et ‖naturae‖ regione vallatum; Arch. 21.

portas: his vos taeterrimis fratribus portas aperietis? Phil. III, 32. P. autem Vatinius ... aperuit Dyrrachii portas Bruto; ib. X, 18.

rem: res neque tam fuerat occulta ‖*occultata*‖ quam erat occultanda neque tam erat aperta quam rei publicae causa aperienda; Cluent. 73.

studia: ſ. cogitationes.

templa: ne deos quidem immortalis velle aperiri sua templa et sibi supplicari hominis impurissimi ... nomine; prov. cons. 14.

vitam: exagitabantur eius omnes fraudes atque fallaciae, tota vita in eius modi ratione versata aperiebatur, egestas domestica ... in medium proferebatur; Cluent. 101.

aperte, offen, offenbar, unverhohlen: adfecto: videte nunc quod adfectent ‖quoad fecerit, al.‖ iter apertius quam antea; leg. agr. I, 5.

aufugio, compilo: quasi vero ... non apertissime consulem ... compilarit et propter impudentissimum furtum aufugerit; Verr. I, 35.

confirmo: ſ. ostendo; Verr. II, 90.

contemno: cum iste aperte tota lege omnium sermonem ... contempserit; Verr. I, 148.

denuntio: denuntiasti homo adulescens quid de summa rei publicae sentires; fortius tu quidem quam non nulli defuncti honoribus, sed apertius quam ... aetatis tuae ratio postulabat; Planc. 52.

dico: pecuniam petis .. a Roscio. quam? dic audacter et aperte; Qu. Rosc. 16. satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur aperte Roscium pro se decidisse? ib. 38. planius atque apertius dicam; ib. 43. ea dicam, quae ille si commemorari noluisset, non tanto in conventu tam aperte palamque dixisset; Verr. a. pr. 18. dicam aperte; ib. 33. nos, nos, dico aperte, consules desumus; Catil. I, 3. dicam apertius in quo meus necessarius fuerit inferior; Muren. 43 palam agere coepit et aperte dicere occidendum Milonem; Milo 25. dicam enim aperte non derivandi criminis causa, sed ..; ib. 29.

emo: hinc empta apertissime praetura; Verr. I, 100.

excludo: omnes exclusi sunt non minus aperte quam pupillus; Verr. I, 148.

explico: ut posset multas istius et varias iniurias quam apertissime vobis planissimeque explicare; Verr. II, 156.

facio: ut ne plane videaris id facere, quod aperte facis, huius miseri fortunis ... inludere;

Sex. Rosc. 54. iam vero in bonis Q. Opimii vendendis quas iste praedas, quam aperte, quam improbe fecerit longum est dicere; Verr. I, 156. ut vos omnes factam esse aperte coniurationem contra rem publicam videretis; Catil. II, 6. facit apertissime contra legem; Sest. 134. — fio inimicus: ante quam ille rei publicae bonisque omnibus tam aperte est factus inimicus; Phil. XII, 23.

faveo: qui hic ei nunc aperte favent; Phil. VII, 18. alter ... aperte favere Antonio; ib. XII, 1.

fero: eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius; Planc. 34.

insimulo: hoc initio suspicionis orto et aperte insimulato Stratone; Cluent. 180.

interficio: Q. Seio, equite Romano, ... per te apertissime interfecto; har. resp. 30.

invehor: de quo Caesar in senatu aperte in te invehens questus est; Phil. II, 74.

largior: quos apertissime largientis non solum alieni, sed etiam sui ... reppulerunt; har. resp. 56.

ludificor: aperte ludificari et calumniari sciens non videatur; Sex. Rosc. 55.

lugeo: ut quo minus occulte vestrum malum gemeretis nihil diceret, ne aperte incommoda patriae lugeretis ediceret; sen. 12.

ostendo: tum iste his aperte ostendit et confirmavit eos in Sthenium quicquid vellent ... probaturos; Verr. II, 90. hoc significant atque adeo aperte ostendunt, sese ..; ib. 148. iam aperte ostendent sibi nomen huius rei publicae ... displicere; leg. agr. I, 18.

peto: aperte ab iudicibus petit, ut tu mihi anteponare; div. Caec. 23. * quae res aperte petebatur, ea nunc [occulte] cuniculis oppugnatur; leg. agr. I, 1. quod si Alexandria petebatur, cur non eosdem cursus hoc tempore ... cucurrerunt? cur non aperte, ut antea? ib. II, 44. nunc iam aperte rem publicam universam petis; Catil. I, 12. neque enim quisquam potest exercitum cupere aperteque petere, ut non ..; Piso 56.

praedor: cum esset omnibus in rebus apertissime impudentissimeque praedatus; Verr. I, 130. istum in re frumentaria et in bonis aratorum aperte palamque esse praedatum; ib. III, 146.

profiteor: is non apertissime studium suum ipse profitetur? Phil. II, 56.

pronuntio: sive enim prodigiis atque portentis di immortales nobis futura praedicunt, ita sunt aperte pronuntiata, ut ..; Phil. IV, 10.

pugno: dabitis igitur Alexandriam clam petentibus his, quibus apertissime pugnantibus restitistis? leg. agr. I, 1. pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? Fr. B. VII, 1.

refero: nam aut omnia occulte referenda fuerunt aut aperte omnia; Flacc. 44.

repugno: non fecerunt idem, quod nunc Cluentius ..., sed apertissime repugnarunt; Cluent. 153.

resisto: tribuno plebis, M. Druso, ... aperto equites Romani restiterunt; Rab. Post. 16.

spolio: nemini video dubium esse .. quin apertissime C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia ... spoliarit; Verr. V, 1.

sum hostis: qui aperte hostis esset; Phil. XI, 5. — inimicus: qui non aperte inimici sumus; Muren. 45. — nullus: aperte iam et perspicue nulla esse iudicia; Verr. a. pr. 20.

tollo: hominem veneno apertissime sustulit; dom. 115.

veto: recitavi edictum, quod aperte dominum de praedio detrudi vetaret; Quinct. 89.

video: rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis; Catil. II, 4.

utor: qui in ulciscendo remissior fuit, † in eorum ‖*in eo suo iure*, al.‖ aperte utitur; Quir. 23.

apertus, offen, offenbar, unverhohlen: alqs: nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia conatusque omnibus fecit; Verr. a. pr. 5. quis umquam audacior? quis nocentior? quis apertior in iudicium adductus est? Cluent. 48. atque ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit; Muren. 51. disertissimum cognovi avum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo; Phil. II, 111.

alqd: quae ita aperta et manifesta sunt, ut ..; Sex. Rosc. 95. tecti esse ad alienos possumus; intimi multa apertiora videant necesse est; ib. 116. hoc cum sentit Saturius esse apertum, ... repugnare contra veritatem non audet; Qu. Rosc. 51. nihil ab isto vafrum ‖verum, al.‖, nihil veteratorium exspectaveritis; omnia aperta, omnia perspicua reperientur; Verr. I, 141. Habonium porro intellegebat rem totam esse patefacturum — tametsi quid poterat esse apertius, [quam nunc est] ut ..? ib. 149. nihil se tam clausum neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumque esset; ib. IV, 42. quod nec atrocius verbis demonstrari potest quam re ipsa est neque apertius oratione mea fieri quam ipsorum confessione factum est; Tull. 2. haec nisi omnia perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote; sin erunt et aperta et nefaria, Cluentio ignoscere debebitis, quod ..; Cluent. 18. timor eius, perturbatio ..., quae erant antea suspiciosa, haec aperta et manifesta faciebant; ib. 54. quid intersit utro modo scriptum sit, etsi est apertum, ipsa tamen lex nos docet; ib. 148. videsne me ... illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure? dom. 34. nimium diu teximus quid sentiremus; nunc iam apertum est; omnes patefecerunt ... quid sentiant; Phil. III, 36.

aditus: cum in templum Castoris aditus esset apertus nemini; dom. 110.

audacia: cognoscite hominis apertam ac non modo non ratione, sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem et audaciam; Verr. II, 71.

blanditiae: iracundiae occultae, blanditiae apertae; Flacc. 87.

causa: saepe etiam sine ulla aperta causa fit aliud atque existimaris; Muren. 35. intellego .. in causa aperta minimeque dubia multo .. plura ... esse dicta quam res postularet; Balb. 56.

circumscriptio: praediorum proscriptiones cum mulierum ‖mulieribus‖ aperta circumscriptione fecisti; Flacc. 74.

consensio: ut numquam maior consensio aut apertior populi Romani universi fuisse ulla in causa diceretur; Sest. 124.

cupiditas: itaque hoc dum corrigere volt, apertior eius cupiditas improbitasque facta est; Verr. II, 42. cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit; ib. 164.

curia: apertam curiam vidit post Caesaris mortem; Phil. XIII, 28.

cursus: magnus est in re publica campus, ut sapienter dicere Crassus solebat, multis apertus cursus ad laudem; Phil. XIV, 17.

domus: huius domus est ... nostris hominibus apertissima maximeque hospitalis; Verr. IV, 8.

furtum: „res erat manifesta: furtum erat apertum“; Qu. Rosc. 26. ecquem audistis in tantis furtis, in tam apertis [in] tanta audacia ... esse versatum? Verr. III, 64.

hostes: ut ... cum apertis hostibus bellum geram, timidis amicis ignoscam; sen. 23. cum senatus ... pro ducibus proditores aut potius apertos hostis haberet; Sest. 35.

improbitas: ſ. audacia. cupiditas; Verr. II, 42.

inimici: quibus aut ut apertis inimicis obsisterem aut ut insidiosis amicis non crederem; dom. 29.

inimicitiae: etenim tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt quam indictae atque apertae; Verr. V, 182.

introitus: post aperto suspicionis introitu ad

omnia intima istorum consilia sine ullo errore pervenimus; Verr. a. pr. 17.

ius: quid quaeris amplius? an etiam apertius aliquod ius populi atque legum? dom. 41.

latrocinium: cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus; Catil. II, 1.

lectica: inter quos aperta lectica mima portabatur; Phil. II, 58.

locus: ante eadem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt; Verr. IV, 110.

naves: qui navis non modo inanis habuerunt, sed etiam apertas; Verr. V, 104.

oppugnatio: cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occultae quidem matris insidiae nocere potuissent; Cluent. 178.

ostium: aperto ostio dormientis eos repertos esse; Sex. Rosc. 65.

res: nam id quidem tametsi improbe fit in aperta re; Caecin. 2. nihil est in re praesertim aperta ac simplici quod excellens ingenium requiratur; ib. 5. cum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam; Cluent. 64. ſ. **aperio**: rem.

scelus: unum hoc sumo, quod mihi apertum tum scelus resque manifesta dat; Sex. Rosc. 97. ut, si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficium pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret; ib. 102. quod (scelus) iam tum recens suspiciosum ceteris ..., nunc vero apertum iam omnibus ac manifestum videtur; Cluent. 189.

simultates: ut multas me etiam simultates partim obscuras, partim apertas intellegam ... suscepisse; imp. Pomp. 71.

apis, Biene: examen: si examen apium ludis in scenam caveamve venisset, haruspices acciendos ex Etruria putaremus; har. resp. 25. atque in apium fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent; ib.

apotheca, Waaren-, Weinlager: condono: apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur; Phil. II, 67.

fundo: fundit apothecas, caedit greges armentorum reliquique pecoris; Phil. III, 31.

scrutor: cum .. omnium domos, apothecas, navis furacissime scrutarere; Vatin. 12.

apparatus (part.): ſ. **apparo**: ludos, spectaculum.

apparatus, Zurüſtung, Pracht: I. **Subject**: est privatus, al.: ut omnes tantam illam copiam et tam magnificum apparatum non privatum aut plebeium, sed patricium et praetorium esse arbitrarentur; Sest. 77.

recidit: te ipsum, Pansa, moneo ..., hunc tantum tuum apparatum tamque praeclarum ‖ tamque ‖ ne ad nihilum recidere patiare; Phil. VII, 27.

refrigescunt: teretur interea tempus; belli apparatus refrigescent; Phil. V, 30.

II. **nach Verben**: 1. profero: quid prandiorum apparatus, quid furiosam vinolentiam tuam proferam? Phil. II, 101.

viso: sed omitto epulum populi Romani, festum diem, argento, veste, omni apparatu ornatuque visendo ‖ *visendum* ‖; Vatin. 31.

2. facio ad: (erat candelabrum) ea magnitudine, ut intellegi posset non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornatum esse factum; Verr. IV, 65.

III. **nach Subſtantiv**: magnificentia: quamquam ad sumptum itineris, ad illam magnificentiam apparatus comitatumque regium suppeditata pecunia a Postumo est; Rab. Post. 6.

appareo, erſcheinen, ſichtbar, klar werden: I. **unperſönlich**: 1. **abſolut**: sive hic confictum est (testimonium), ut apparet, sive missum domo est, ut dicitur; Flacc. 38.

2. **mit Ergänzungsſatz**: a. **indirecte Frage**: ex quo facile apparet quae merces decumani ... esse videatur; Verr. III, 99. ut ex acceptis et datis quicquid fingatur aut surripiatur aut non constet appareat; Font. 3. *quae veneni dati suspicio ... quam levis sit statim apparebit;* Scaur. c. 2. § 2. si haec non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen appareret uter esset insidiator; Milo 54.

b. **accus. c. infin.**: ut facile appareat te pretio, non iure esse commotum; Verr. I, 110. ut facile appareret non tam illis Siciliam ... quam Verrem ipsum ... provinciam fuisse; ib. II, 12. scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui ..; ib. III, 20. agris his ... sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile appareat eam legem non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero esse conscriptam; leg. agr. III, 3. non dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum; Phil. II, 84. quo loco ita fuit caecus, ut facile appareret vidisse eum, quod fas non fuisset; Fr. B. XIII, IV, 3.

II. **perſönlich**: alqs: quid sibi autem illi scribae, quid lictores, quid ceteri, quos apparere huic quaestioni video, volunt? Cluent. 147. an vero, in quibus subselliis haec ornamenta ac lumina rei publicae viderem, in his me apparere nollem? Sulla 5.

alqd: est quiddam, quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et apparet; Sex. Rosc. 121. neque in his corporibus atque in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat et sentiat, et ‖ sentiat ‖ non inest in hoc tanto naturae tam praeclaro motu; nisi forte idcirco non putant, quia non apparet nec cernitur; Milo 84. nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum; Phil. III, 26. omnibus enim bonis expedit salvam esse rem publicam; sed in eis, qui fortunati sunt, magis id apparet; ib. XIII, 16.

blanditia: facilis est illa occursatio et blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur; procul apparet, non excutitur; Planc. 29.

campus: cupio audire, ut videam, ubi rhetoris sit tanta merces, id est, ubi campus Leontinus appareat; Phil. II, 84.

cruor: nisi cruor appareat, vim non esse factam; Caecin. 76.

navicula: ut, si qua uspiam navicula praedonum apparuisset, accusandus videretur; Flacc. 29.

numen: „apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis“; Phil. XIII, 22.

occursatio: ſ. blanditia.

ratio: „ratio quidem hercle apparet, argentum *οἴχεται*“; Piso 61.

vestigium: corruptorem, adulterum (adduxeris): providendum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat; Verr. III, 4.

apparitor, Amtsdiener: I. **Subject**: accipit: vos etiam nunc dubitate, si potestis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit an huic exegerit; Verr. III, 86.

aufert: obscure .. praetor ipse decumanus est, cum eius apparitores frumentum a civitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus ipsi lucri auferant quam quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt! Verr. III, 87. qua in civitate C. Catoni, consulari homini, ... HS VIII milibus lis aestimata sit, in eadem civitate apparitori tuo esse concessum, ut HS terdeciens uno nomine auferret; ib. 184.

dant: ſ. aufert; Verr. III, 87.

(est) abiectus, humilis: quis umquam apparitor tam humilis, tam abiectus? Phil. II, 82.

exigit: ſ. accipit. aufert; Verr. III, 87.

imperant: ſ. aufert; Verr. III, 87.

praedatur: tuus apparitor parva mercede populi conductus de aratorum bonis praedabitur? Verr. III, 182.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: adripio:

SCRIBAS, APPARITORES RECENTIS ADRIPE; Verr. III, 155.

adsigno: hoc quoque attendite, apparitores a praetore adsignatos habuisse decumanum, si hoc mediocre argumentum videri potest istum decumanorum nomine ad suos quaestus esse abusum; Verr. III, 61.

conduco: ſ. I. praedatur. — habeo: ſ. adsigno.

2. **Dativ**: concedo: ſ. I. aufert; Verr. III, 184.

III. **Umſtand**: 1. ornare: ornat (potestatem) apparitoribus, scribis, librariis, praeconibus, architectis; leg. agr. II, 32.

2. cum: eius agri decumas cum emisset idem Apronius, Agyrium venit [qui cum eo] cum apparitoribus, [id est, cum vi ac minis venisset]; Verr. III, 67.

apparo, zurüſten, vorbereiten: alqd: quae si erunt sine mora matureque decreta, facilius apparabitis ea, quae tempus et necessitas flagitat; Phil. V, 53.

bellum: ita tantum bellum ... Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media aestate confecit; imp. Pomp. 35.

convivium: magnifice et ornate, ut erat in primis inter suos copiosus, convivium apparat ‖comparat‖; Verr. I, 65. Cn. Calidio ... per omnis alios praetores licuit ... posse domesticis copiis, cum magistratum aut aliquem superiorem invitasset, ornare et apparare convivium; ib. IV, 44. hi dum ... familiis magnis, conviviis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt, ut ..; Catil. II, 20.

iter: hic insidiator, qui iter illud ad caedem faciendam apparasset; Milo 28.

ludos: Scaure ..., qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecisti; Sest. 116. instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi; Piso 65. qui ne Apollinaris quidem ludos pro sua populique Romani dignitate apparatos praesens fecit; Phil. X, 7.

spectaculum: qui (Brutus) ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuerit ‖tribueret‖ absenti; Phil. I, 36.

appellatio, Berufung, Benennung, Titel: I. **Subject**: intercedit: videturne intercessisse appellatio tribunorum non morae, sed auxilii causa? Quinct. 65.

sunt venales: uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, foedera feriebantur provinciarum, regum appellationes venales erant; dom. 129.

II. **Ablativ**: confugere: quaero ... qui consentaneum fuerit, cum legationis perfugio uti noluisses, appellatione improbissima te ad auxilium nefarium confugisse? Vatin. 34.

appellator, Appellant: abstineo ab: quo quidem die nihil aegrius factum est multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur; Verr. IV, 146.

appello, anreden, anrufen, auftufen, vorladen, mahnen, nennen, benennen, ernennen: I. **abſolut**: 1. **ſubſtantiviſch**: tempus: appellandi tempus non erat? at tecum plus annum vixit; Quinct. 41.

in: vir, quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset; Font. 39.

2. **verbal**: a. **ohne Beziehung**: anno et sex mensibus vero, cum tibi cotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis: biennio iam confecto fere appellas; Quinct. 40. cum eum cotidie videres, post biennium denique appellas. dubitabitur utrum sit probabilius Sex. Naevium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an ne appellaturum quidem biennio? ib. 41. paucos homines, ut levissime appellem, adrogantis ... Q. Opimium ... fortunis omnibus evertisse; Verr. I, 155. mirandum in modum reperiebam hunc [Timarchidem] ad istius flagitiosas libidines ... natum atque aptum fuisse; investigare, adire, appellare, corrumpere ...; eundem mira quaedam excogitare genera furandi; ib. II, 134. venio nunc ad istius, quem ad modum ipse appellat, studium, ut amici eius, morbum et insaniam, ut Siculi, latrocinium: ego quo nomine appellem nescio; rem vobis proponam; vos eam suo, non nominis pondere penditote; ib. IV, 1. omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare, temptare, sollicitare poterat, audebat; Catil. III, 16. vgl. III. hominem; Quinct. 39.

b. **eingeſchaltet**: mit quem ad modum: ſ. a. Verr. IV, 1. — mit ut: quod nosset tuum istum morbum, ut amici tui appellant; Verr. IV, 29. me idem senatus exteris nationibus ... non, ut tu Insuber ‖insuper‖ dicere ausus es, orbatum patria, sed, ut senatus illo ipso tempore appellavit, civem servatoremque rei publicae commendavit; Piso 34. ea contemnis, quae illi idiotae, ut tu appellas, praeclara duxerunt; ib. 62. quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ei, qui plane et Latine loquuntur: myrmillo in Asia depugnavit, Phil. VII, 17. si enim ille patriae parens, ut tu appellas — ego quid sentiam videro —, cur non hic parens verior, a quo ..? ib. XIII, 25. ſ. a. Verr. IV, 1. — III. alqm; har. resp. 35.

II. **mit Ergänzungsſatz**: ut: ad villam erat Tullius; appellat Fabius, ut aut ipse Tullium deduceret aut ab eo deduceretur; Tull. 20. vgl. III. alqm. Quinct. 20.

III. **mit Object**: alqm: tunc appellat ultro Naevium, ut, quoniam suspicaretur aliqua de re fore controversiam, videret, ut quam primum ... tota res transigeretur; Quinct. 20. quem nunc interficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nolebas? ib. 39. qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, cum potestas esset agendi cotidie; ib. 46. si vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit, quo te nomine appellemus? improbum? ... malitiosum? ... fraudulentum? audacem? cupidum? perfidiosum? ib. 56. Naevium ne appellasse quidem Quinctium, cum simul esset *et* experiri posset cotidie; ib. 85. ab omni magistratu agitatus atque perterritus quem praeter te appellet habet neminem; ib. 98. te nunc appello, P. Scipio, te ‖te M.‖, Metelle; Sex. Rosc. 77. eos, quos qui leviore nomine appellant percussores vocant; ib. 93. nonne ... totiens hunc et virum bonum esse dixisti et honoris causa appellasti? Qu. Rosc. 18. eundem tu et honoris causa appellabas et virum primarium esse dicebas et socium fraudasse arguebas; ib. 19. non enim mihi persuadetur istum ab illo prius appellatum; Verr. I, 105. de quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi laedendique sint; ib. 155. ut in Heraclio Syracusano, item in hoc, paulo etiam atrocius, quod Epicrates appellatus omnino non erat, bona patria fortunasque eius Bidinis tradidit; ib. II, 59. quis enim tibi molestus esset aut quis appellare te auderet, cum videret statuas ... a communi Siciliae positas? ib. 168. ut hoc tempore ea ... praetermittam neque eos appellem, a quibus omne frumentum eripuit; ib. III, 115. eum in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidem graviore appellasses ..., nisi ..; ib. 134. C. Marcelle, te appello; ib. 212. cum abs te appellatus esset, negasse habere sese (phaleras); ib. IV, 29. hoc loco, Q. Catule, te appello; ib. 69. „Cleomenem nominare non licet“. „at causa cogit“. „moriere, si appellaris“; ib. V, 110. at quibus verbis in decernendo Metellus usus est? ceteri*que* quos appellasti? Tull. 39. te Oppianice, appello; te, T. Acci; Cluent. 65. eum, ut ceteros appellet, quibuscum loqui consuesset, rogat; Cluent. 71. quos appellarit (mater), quibus pecuniam promiserit ... tenemus; ib. 194. a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis; leg. agr. II, 100. quo cum Ca-

tilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? Catil. II, 12. cives, inquam, si eos hoc nomine appellari fas est; Muren. 80. te, te appello, Cato; ib. 81. quem enim appellem? quem obtester? quem implorem? senatumne? ..., an equites Romanos? ... an populum Romanum? Flacc. 4. qui (puer) etiam me intuetur, me voltu appellat, meam quodam modo flens fidem implorat; ib. 106. Cassio, ... ne cum appellasset quidem Autronium, huius in mentem venire potuisse; Sulla 38. te enim appello, Lentule, et te, Philippe; har. resp. 11. te appello, Lentule, ... vosque, pontifices; ib. 21. nominatim sum appellatus in Bruto: „Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat"; Sest. 123. quo te nunc modo appellem? ut hominem? at non es inter nos. ut mortuum? at vivis et viges ...: quocumque igitur te modo *appellari verum est, adsis nobis;* Scaur. 50. neminem umquam, QUO EA PECUNIA PERVENISSET, causam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset; in litibus autem nemo appellabatur nisi ex testium dictis aut tabulis privatorum aut rationibus civitatum. itaque in inferendis litibus adesse solebant qui aliquid de se verebantur, et, cum erant appellati, si videbatur, statim contra dicere solebant; Rab. Post. 9. 10. num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? num denique toto illo in iudicio Postumi nomen audistis? ib. quo teste (adreptus est reus)? a quo tum appellatus nusquam est; ib. 11. Cn. Pompei — te enim iam appello et ea voce, ut me exaudire possis; Milo 67. exortus est servus qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus; Deiot. 3. vide ne illa causa fuerit appellandi mei, quod ..; Phil. II, 28. quid dicis? si parricidas, cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? ib. 31. appellatus es de pecunia, quam pro domo ... debebas; ib. 71. salutabunt benigne, comiter appellabunt unum quemque nostrum; ib. XIII, 4. quo modo enim potius Pansam appellem? habet honoris nomen amplissimi; quo Hirtium? est ille quidem consul, sed ..; ib. XIV, 25. iterum a piratis redemptum. quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto liberaverunt? Fr. B. XV, IV, 4. — sic: „de improbis" inquit „et audacibus". nam sic eos appellat clarissimus vir; Phil. XIV, 7. — ut: quis Platorem ... legatum .. ad nostrum, ut se ipse appellavit, imperatorem venisse nescit? har. resp. 35.

alqd: genus ipsum prius cognoscite, iudices; deinde fortasse non magno opere quaeretis quo id nomine appellandum putetis; Verr. IV, 1. illud vero quid sit iam non queo dicere, quo nomine appellem nescio, quod in Marcelli statua; ib. 89. neque ea, quae senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare; leg. agr. II, 36. ſ. IV. alqd — auctoritatem.

absentem: tu autem, M. Antoni, — absentem enim appello —; Phil. I, 31.

adulescentem: te nunc, P. Scipio, te, inquam, lectissimum ornatissimumque adulescentem appello; Verr. IV, 79. is cum Romam cum filia venisset, adulescentem nobilem Caesonium, hominis furacissimi filium, nusus est appellare; Piso fragm. 4. o. C. Caesar — adulescentem appello —, quam tu salutem rei publicae attulisti! Phil. III, 27.

aedis: utimur eodem iure in aedibus, quae in lege non appellantur; Caecin. 54.

aemulum: si neque praetorem neque praetoris aemulum appellari ‖appellare‖ licebit, cum in his duobus tota causa sit, quid futurum est? Verr. V, 110.

amicos: cursare iste homo ... circum tribus: paternos amicos, hoc est, divisores appellare omnis et convenire; Verr. a. pr. 25.

auctorem: cur meum ‖cum eum‖ auctorem vos pro me appelletis, vestrum non ‖nostrum‖ nominetis; Caecin. 79.

calamitatem (ita): illa calamitas, si ita est appellanda; dom. 76.

centuriones: vos, vos appello fortissimi viri ...; vos in viri et in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque, milites; Milo 101.

civem: nam si nomine appellari abs te civis tuos honestum est, turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi, sin, etiam *si* noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur nomen ‖tamen‖ petis quasi ‖quam‖ incertum sit ‖inceravit, al.‖? Muren. 77. te, Q. Petili, appello, optimum et fortissimum civem; Milo 44.

deas: vos etiam atque etiam imploro et appello, sanctissimae deae; Verr. V, 188.

deum: quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est? Quinct. 94.

divisores: ſ. amicos.

domum: sed quid eius matrem aut domum appello, quem ..? Muren. 89.

equites: ſ. alqm; Flacc. 4.

eversores: consules? hocine ut ego nomine appellem eversores huius imperii, proditores vestrae dignitatis, hostis bonorum omnium? Sest. 17.

faenerationem: testatur litteris tuum impudentissimum furtum certissimumque peculatum — nam quo alio nomine pecuniae publicae faeneratio est appellanda? Verr. III, 168.

filium: o Q. Catule, — patremne appellem *ante* an filium? dom. 113. ſ. adulescentem; Piso fragm. 4.

furiam: appellarisne nominatim pestem illius anni, furiam patriae, tempestatem rei publicae, P. Clodium? Vatin. 33.

heredem: quis tam neglegens (fuisset) ..., qui ... non heredem, cum primum vidisset, certiorem faceret, appellaret, rationem adferret? Quinct. 38. iste praetor designatus ... appellat heredem L. Annium; Verr. I, 105.

hominem: ita credo: hominem propinquum, tui observantem, virum bonum, pudentem, maiorem natu nolebas aut non audebas appellare; ... cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret; Quinct. 39. videt ... in turba Verrem; appellat hominem et ei voce maxima gratulatur; Verr. a. pr. 19. an vero dubitamus quo ore iste ceteros homines inferiores loco ..., quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore ... libertinos homines solitus sit appellare, qui ..? ib. I, 127. ipse hominem appellat; rogat ut reddat; ib. IV, 66. hominem appellat: iste sane adroganter, quod commodum fuit, respondit; Tull. 17. tum appellat hilaro voltu hominem Bulbus, ut blandissime potest, „quid tu," inquit „Paete"? Cluent. 72. non consuevi homines appellare asperius, Quirites, nisi lacessitus leg. agr. II, 63. ſ. alqm; Scaur. 50.

hostis: ſ. eversores.

iudices: iubet lex ea ... iudicem quaestionis ... cum eis iudicibus, qui ei obvenerint — vos appellat, iudices — quaerere de veneno; Cluent. 148.

iudicium: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt; Verr. V, 127.

legatos: legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres vestri totius Graeciae lumen exstinctum esse voluerunt; imp. Pomp. 11.

liberum: de liberis autem quisquis est, procuratoris nomine appelletur; non quo omnes sint aut appellentur procuratores, qui negotii nostri aliquid gerunt ‖gerant‖, sed ..; Caecin. 57.

locum: in curia Syracusis, quem locum illi *βουλευτηρίον* nomine appellant ‖buleuterium nominant‖; Verr. II, 50.

ludos: qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino; har. resp. 24.

matrem: emergebat subito, cum sub tabulas subrepserat, ut „mater te appello" dicturus videretur; Sest. 126. ſ. domum.

milites: ſ. centuriones.

mortuum: ſ. alqm. Scaur. 50.

mulierem: tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim; Verr. V, 94. haec nisi omnia

perspexeritis in causa, temere a nobis illam (mulierem) appellari putatote; Cluent. 18.

patrem: ſ. filium.

patronum: eum praeter Marcellos patronum quem iure suo ‖suo iure‖ adire aut appellare posset habere neminem; Verr. II, 36.

pestem: ſ. furiam.

pontifices: ſ. alqm; har. resp. 21.

populum: appellavi populum tributim, submisi me et supplicavi; Planc. 24. ſ. alqm; Flacc. 4.

praetorem: in eo, cum iam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum, praetor appellatur. at quis appellat? magistratus aliqui? nemo. senator? ne id quidem. Syracusanorum aliqui? minime. quis igitur praetorem appellat? qui quaestor istius fuerat, P Caesetius. o rem ridiculam! ... a magistratu Siculo, ne senatus consultum Siculi homines facere possent, ... non amicus istius, non hospes, non denique aliquis Siculus, sed quaestor populi Romani praetorem appellat; Verr. IV, 146. ille ... negare esse illud senatus consultum, in quo praetor appellatus esset; ib. 149. ſ. aemulum.

principes: quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! quos idcirco non appello hoc loco, ne ..; Sest. 106.

proditores: ſ. eversores.

regem: quid uti faceret? ... provincias quas vellet quibus vellet venderet? reges appellaret? Sest. 84. is rex, quem senatus hoc nomine saepe honorificentissimis decretis appellavisset; Deiot. 10.

rem: verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest; Verr. V, 170. quibus enim rebus plerumque vis fit eius modi, eae res appellantur in interdicto; Caecin. 63.

senatum: ſ. alqm; Flacc. 4.

servos: ut servos non numero distinguant, sed appellent uno familiae nomine; Caecin. 56.

tempestatem: ſ. furiam.

tribunos: appellantur tribuni; a quibus cum esset certum auxilium petitum ..; Quinct. 29. „praetor decernebat.“ „tribuni igitur appellabantur;“ ib. 63. cuius procurator a praetore tribunos appellare ausus sit, eum non defendi; ib. 64. neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus iudicio ‖iudicium‖ pati paratum fuisse; ib. 87. quid attinuit te ... tribunos pl. appellare et hic in iudicio queri praetoris iniquitatem? Tull. 38. haec cum praetorem postulabas, *cum* tribunos appellabas, *nempe ita* dicebas ..; ib. 39. cupio eum suae causae confidere; solet enim tribunos plebis appellare et vi iudicium disturbare, cum diffidit; Sest. 135. quaero etiam illud ex te: ... appellarisne tribunos plebis, ne causam diceres? Vatin. 33. quaero ex te, Vatini, num quis in hac civitate post urbem conditam tribunos plebis appellarit, ne causam diceret? ib. 34.

tutores: tutores ... saepe appellati pernegaverunt; Verr. I, 106.

virum: sunt testes viri clarissimi nostrae civitatis, quos omnis a me nominari non est necesse; eos, qui adsunt, appellabo; div. Caec. 13. et mihi, quaeso, ignoscite, si appello talem virum saepius; leg. agr. II, 49. summi eiusdem civitatis viri, quos nominatim appellari non est necesse; Sest. 141. ſ. centuriones. hominem; Quinct. 39.

IV. **mit doppeltem Accusativ**: (vgl. I, 2, b. — III. calamitatem): alqm — alqm: Oppianicus obsignatores ad eum ... adducit et illum Asuvium appellat; Cluent. 37. quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu ne improbum quidem dicere audet; Phil. III, 21. quo decreto quis non perspicit hostem esse Antonium iudicatum? quem enim possumus appellare eum, contra quem ..? ib. IV, 5. quem cum Scato salutasset, „quem te appellem?“ inquit; at ille „voluntate hospitem, necessitate hostem;“ ib. XII, 27. o Spartace! quem enim te potius appellem? ib. XIII, 22. — accusatorem: hic nunc iste reus aut ego accusator aut hoc iudicium appellabitur? Verr. IV, 104. — adversarium: ego semper illum appellavi hostem, cum alii adversarium; semper hoc bellum, cum alii tumultum; Phil. XII, 17. — armatos: armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui ..; Caecin. 60. — audacis: [his enim vitiis adfectos et talibus malos aut ‖malos et, malos‖ audacis appellare consuetudo solet]; Phil. XIV, 7. ſ. III. alqm; Quinct. 56. — bimaritum: bimaritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina; Planc. 30. — consulem: eidem .. consules, si appellandi sunt consules, quos nemo est quin ‖qui‖ ... ex fastis evellendos putet; Sest. 33. quod (legiones) illum, qui consul appellabatur, cum esset hostis, reliquissent; Phil. VII, 10. — cupidum: ſ. III. alqm; Quinct. 56. — decus: at Castricium quibus verbis, di immortales! decus patriae, ornamentum populi Romani, florem iuventutis appellant; Flacc. 75. — deteriores: DETERIORES, REPULSOS ... hos appellant, quorum et mentes et res sunt perditae longeque a communi salute diiunctae; har. resp. 53. — IIviros: cum in ceteris ‖cet. in‖ coloniis IIviri appellentur, hi se praetores appellari volebant; leg. agr. II, 93. — exstinctorem: ne exstinctor patriae, ne proditor, ne hostis appelletur ..., id laborat; Sulla 88. — exsulem: hunc tu etiam, portentosa pestis, exsulem appellare ausus es? dom. 72. — filium: at scurrae filium appellat (Trebonium); Phil. XIII, 23. — florem: ſ. decus. — fraudulentum: ſ. III. alqm; Quinct. 56. — gladiatorem: ſ. I, 2, b. Phil. VII, 17. — hospitem: pater aderat Dexo Tyndaritanus, homo nobilissimus, hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras; Verr. V, 108. ſ. alqm; Phil. XII, 27. — hostem: hic tu me etiam, custodem defensoremque Capitolii ..., hostem Capitolinum appellare ausus es; dom. 7. qui est, etiam si non appellatur, hostis; prov. cons. 12. est hostis a senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius; Phil. IV, 1. supplicationem decernitis: hostem non appellatis; ib. XIV, 7. est igitur quisquam, qui hostis appellare non audeat, quorum scelere crudelitatem Karthaginiensium victam esse fateatur? ib. 9. haec a quibus timebantur, eos hostis appellare dubitamus? ib. 10. ſ. alqm. Phil. XII, 27. adversarium. exstinctorem. — idiotas: quae ... etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent; Verr. IV, 4. — imperatorem: hosce igitur imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certiores facere, ne ‖facere, al.‖ imperator appelletur; prov. cons. 15. quorum tu legatorum opera in proelio imperator appellatus eras, cum longe afuisses; Piso 54. ut imperatores appellem eos, quorum virtute ... maximis periculis ... liberati sumus; Phil. XIV, 11. etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis aut plerumque nullis? ib. an si quis Hispanorum ... duo milia occidisset, eum ‖unum, al.‖ hac consuetudine, quae increbuit, imperatorem appellaret senatus? ib. 12. quod ergo ille re, id ego etiam verbo, cum imperatores eos appello; ib. 24. quid? Caesarem ... dubitemne appellare imperatorem? ib. 25. an vero quisquam dubitabit appellare Caesarem imperatorem? ib. 28. — impium, ingratum: neque solum ingratus, quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur necesse est; Quir. 23. — improbum: ſ. alqm; Phil. III, 21. III. alqm; Quinct. 56. — malitiosum: ſ. III. alqm; Quinct. 56. malos: ſ. audacis. — Martialis: Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis; Cluent. 43. — matrem: Sassia, mater huius Habiti — mater enim a me in omni causa ..., mater, inquam, appellabitur; Cluent. 12. — nationem: est ‖esto, al.‖ igitur ut ei sint, quam tu nationem appellasti; Sest. 97. — ornamentum: ſ. decus. — peregrinum: quorum tu cave quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare; Sulla

24. — perfidiosum: ſ. III. alqm; Quinct. 56. — popularem: idem ipsum Lentulum, largitorem et prodigum, non putat ... etiam appellari posse popularem; Catil. IV, 10. — praetores: ſ. IIviros. — procuratorem: ſ. III. liberum. — proditorem: ſ. exstinctorem. — puerum: „et tu, o puer“. puerum appellat, quem non modo virum, sed etiam fortissimum virum sensit et sentiet; Phil. XIII, 24. — regem: decernat bellum Cretensibus, liberet Byzantios, regem appellet Ptolemaeum; Verr. II, 76. Deiotarum ... tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes. sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus; har. resp. 29. reges qui erant vendidit, qui non erant appellavit; ib. 58. appellati reges a populo, qui id numquam ne a senatu quidem postulassent; Sest. 56. cuius tam ... ingrati animi, a quo rex appellatus esset, in eo tyrannum inveniri? Deiot. 15. (vgl. III. regem). — repulsos: ſ. deteriores. — reum: ſ. accusatorem. — saltatorem: saltatorem appellat L. Murenam Cato; Muren. 13. — salutem: me suam salutem appellans, te suum carnificem nominans; Verr. V, 129. — sceleratum: ergo ego sceleratus appellor a te ...; ille ... a te honoris causa nominatur? Phil. II, 30. sororem: vide ne tu te soleas lovem dicere, quod tu iure eandem sororem et uxorem appellare possis; dom. 92. — veneficam: ſ. virum. veneficam. veteranos: veterani qui appellabantur ... ad spem novarum praedarum incitabantur; Phil. I, 6. — viros: quos tu clarissimos viros soles appellare; Phil. II, 5. — uxorem: ſ. sororem.

alqd — auctoritatem: quae quidem si potentia est appellanda potius quam aut ... mediocris in bonis causis auctoritas aut ... non nulla apud bonos gratia, appelletur ita sane; Milo 12. — bellum: ſ. alqm — adversarium. — cupiditatem: scelus tu illud vocas, Tubero? cur? ... alii errorem appellant, alii timorem; qui durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam; qui gravissime, temeritatem: scelus praeter te adhuc nemo; Ligar. 17. — dedicationem: hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam ..? dom. 118. — errorem: ſ. cupiditatem. — gratiam: ſ. auctoritatem. — impetum, incursionem: adhuc Iunii iudicium video esse eius modi, ut incursionem potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium, quam iudicium appellandum putem: quod si quis illud iudicium appellet, tamen ..; Cluent. 103. — iniuriam: cum vero nullum illius in vita rectius factum sit quam id, quod tu iniuriam appellas; div. Caec. 60. — iudicium: quae facta postea iudicia de illo iudicio dicerentur ..., esse eius modi, ut neque appellata umquam iudicia sint neque existimata; Cluent. 88. hic profertur id, quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scaevolae litem eo nomine esse aestimatam; ib. 115. sequitur id, quod illi iudicium appellant, maiores autem nostri numquam .. iudicium nominarunt ..., animadversionem atque auctoritatem censoriam; ib. 117. censores denique ipsi saepe numero superiorum censorum iudiciis, si ista iudicia appellare voltis, non steterunt; ib. 122. qua re qui nobis in mentem venit haec appellare iudicia, quae a populo rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus neglegi, ab eis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter conlegas discrepare videatis? ib. ſ. impetum. alqm — accusatorem. — legem: omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est; Phil. XIII, 32. — mercedem: (pecuniam) mulieri solvit, si haec solutio legatorum et non merces abortionis appellanda est; Cluent. 34. — odium: ſ. cupiditatem. — onus: si onus est id appellandum, quod cum laetitia feras ac voluptate; Verr. III, 4. — pertinaciam: ſ. cupiditatem. — potentiam: ſ. auctoritatem. — psephismata: nego esse ista testimonia, quae tu [ipse] psephismata appellas; Flacc. 23. — regnum: tamen hoc regnum appellabitur, cuius vicarius qui velit esse inveniri non potest? Sulla 26. — scelus: ſ. cupiditatem. — Scipionis: quod (haec), si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur, sed eorum ..; Verr. II, 87. — solutionem: ſ. mercedem. — spem, temeritatem, timorem: ſ. cupiditatem. — tumultum: belli nomen ponendum quidam in sententia non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum; Phil. VIII, 2. ſ. alqm — adversarium. — Verria: qua re appellentur sane ista Verria, quae ..; Verr. II. 52. — vim: quae vis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur? Caecin. 43. ſ. impetum.

aratores — reliquos: non vides, cum is, qui tibi successit, aratores reliquos appellet, hoc eum diserte scribere, reliquos hos esse ... ex tuo scelere? Verr. III, 126.

castra — senatum: „castra Pompei senatum appellabatis ‖ appellatis ‖.“ an vero tua castra potius senatum appellaremus? Phil. XIII, 26.

civem — exsulem: ſ. patrem.

deditionem — pacem: spe adlata deditionis, quam amici pacem appellare mallent ‖ appellarem alieni, al. ‖; Phil. XII, 2.

diem — natalem, salutarem: quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem appellare possum; Flacc. 102.

duces — imperatores: esse duo duces in provinciis populi Romani, habere exercitus, appellari imperatores; Piso 44.

hominem — gladiatorem, scurram: Albam habebo iudicem, eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari volt, qui a scurris semper potius gladiator quam scurra appellatus est ‖ sit ‖; Verr. III, 146.

legem — Hieronicam: lege frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt; Verr. II, 32.

ludos — Romanos: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani appellati sunt, ... esse faciundos; Verr. V, 36.

matrem — feminam, hominem, matrem: at quae mater? ... cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea vis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit; Cluent. 199.

partem — Insulam: pars oppidi, quae appellatur Insula; Verr. IV, 117.

patrem — exsulem: si patrem tuum, civem ... egregium ..., nemo umquam sanus exsulem appellavit; dom. 88.

poëtas — sanctos: qua re suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas; Arch. 18.

potestatem — regiam: verbum mihi deest .., cum ego hanc potestatem regiam appello; leg. agr. II, 35.

regem — socium: rex Ptolemaeus, qui si nondum erat ipse a senatu socius appellatus, erat tamen ..; Sest. 57.

res — publicas: res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus; Sest. 91.

sacra — Graeca: quae sacra, ut erant re vera, sic appellari Graeca voluerunt; Verr. IV, 114

Siciliam — provinciam: (Sicilia) prima omnium, id quod ornamentum imperii est, provincia est appellata; Verr. II, 2.

victores — imperatores: [cum victores appello imperatores]; Phil. XIV, 24.

virum — imperatorem: ex qua provincia modo vir omni dignitate ornatissimus, L. Torquatus, magnis rebus gestis me referente ab senatu ‖ absens ‖ imperator est appellatus; Piso 44. — veneficam: veneficam audes appellare eum virum, qui tuis veneficiis remedia invenit? ... nimirum recte veneficam appellas, a quo tibi praesentem pestem vides comparatam; Phil. XIII, 25.

vitam — amandationem, relegationem:

tamenne haec a te vita eius ‖ et, al. ‖ rusticana relegatio atque amandatio appellabitur? Sex. Rosc. 44.

volturium — imperatorem: appellatus est hic volturius illius provinciae, si dis placet, imperator; Piso 38.

appello, herantreiben, anlanden: alqm: ut eos, qui essent appulsi navigiis, interficere possent; Verr. V, 145.

civis: quorum (civium Romanorum) alios Sertorianos milites fuisse insimulabat et ex Hispania fugientis ad Siciliam appulsos esse dicebat; Verr. V, 72.

classem: cum (Persae) ... mille numero navium classem ad Delum appulissent; Verr. I, 48. classe quondam Masinissae regis ad eum locum appulsa; ib. IV, 103. postea quam paulo provecta classis est et Pachynum quinto die denique appulsa; ib. V, 87.

navem: haec navis ... appulsa Veliam est cum plurimis rebus; Verr. V, 44. appellitur navis Syracusas; ib. 64. appulsis ad Helorum navibus; ib. 91. si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam navis appulisset; Phil. II, 26.

ratis: nec tuas umquam ratis ‖ rationes ‖ ad eos scopulos appulisses, ad quos ..; Rabir. 25.

appendicula, Anhängſel: est: est enim haec causa, QUO EA PECUNIA PERVENERIT, quasi quaedam appendicula causae iudicatae atque damnatae; Rab. Post. 8.

appendo, zumägen: alqd: si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumeravit, appendit; Sex. Rosc. 144.

aurum: cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari in forum ad sellam Cordubae et ei palam appendit aurum; Verr. IV, 56.

appetens, begierig: absolut: iubet Rullus, homo non cupidus neque appetens, habere comitia Rullum; leg. agr. II, 20.

gloriae: quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentis atque avidi laudis fuistis; imp. Pomp. 7.

regnorum: non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri; leg. agr. II, 42.

appeto, erſtreben, begehren, angreifen: alqm: e fundo ornatissimo eiectus, ignominiis omnibus appetitus; Quinct. 98. a quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit; dom. 13. non fastidivit eius amicitiam, cum esset praesertim appetitus; Piso 68. qui locus est ... tam inhumanus qui illos, cum accesserint, non adfari atque appetere videatur? Phil. II, 33. utrum, cum Cottam appetisset an cum ipse sese conaretur occidere, telum e manibus ereptum est? Fr. B. III, 1.

alqd: utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse et ...; Qu. Rosc. 21. in hac partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Romano appetivit quam humanitas Syracusanis reservavit; Verr. IV, 121. non sumet sibi tantum, non appetet? leg. agr. II, 43. eidem, qui haec appetunt, queri non numquam solent ..; ib. 46. nihil sibi appetit praecipue ‖ *praecipui* ‖ Pompeius, nihil; ib. 61. cum plus appetat quam ipse Sulla; ib. III, 13. grave est hoc dictum fortasse, iudices; grave, si appetimus aliquid; ... sed, si laedimur, si accusamur ..; Sulla 80. ut ego mihi plus appetere coner quam quantum omnes inimici invidique patiantur; ib. 84. cum ea sibi ille non colendi, sed violandi causa appetisset; Sest. 56. eripueras senatui provinciae decernendae potestatem, imperatoris deligendi iudicium, aerarii dispensationem, quae numquam sibi populus Romanus appetivit ‖ ... auferre conatus est, al. ‖; Vatin. 36. quod si te senatus populusque Romanus aut non appetentem aut etiam recusantem bellum suscipere, exercitum ducere coëgisset; Piso 57. quin ... quod agendum atque faciendum (sit), id non modo recusem, sed etiam appetam atque deposcam; Phil. III, 33.

agros: suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant; Sex. Rosc. 50.

alienum: si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero; Sex. Rosc. 93.

dispensationem: ſ. alqd; Vatin. 36.

commodum, honorem: ut neque provinciam neque honorem neque ornamentum aliquod aut commodum neque rem ullam ‖ ullam rem ‖, quae a tribuno plebis impediri possit, appeturus sim; leg. agr. I, 25.

inimicitias: cuius ille inimicitias non solum suscepit propter salutem meam, verum etiam appetivit; har. resp. 7. hic, si laborem fugeret, ... in hac acie cotidie versaretur? appeteret inimicitias? in iudicium vocaret? Cael. 47. ego inimicitias potentium pro te appetivi; Milo 100.

iudicium: ſ. alqd; Vatin. 36.

laudem: non praecerpo fructum officii tui, non alienam mihi laudem appeto; Verr. IV, 80. ſ. partem.

nomen: quibus primus annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? leg. agr. II, 93.

ornamentum: ſ. commodum.

partem: num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? Verr. V, 5.

personam: ego autem has partis lenitatis ... semper egi libenter, illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed a re publica mihi impositam sustinui; Muren. 6.

potestatem: ſ. alqd; Vatin. 36.

provinciam: ſ. commodum.

regnum: Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata; dom. 101. M. Manlius ... regnum appetisse est iudicatus; ib. Sp. Maelium, qui ..., in suspicionem incidit regni appetendi; Milo 72. Sp. Cassius, Sp. Maelius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati: hi primum cum gladiis non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt; Phil. II, 114.

religionem: ut vocabulo ipso et appetita religio externa et Matris magnae nomine suscepta declaretur; har. resp. 24.

rem: ſ. commodum.

HS: is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS ɪɔɔɔ appetit? Qu. Rosc. 23.

vitam: filii vita infesta, saepe ferro atque insidiis appetita; Sex. Rosc. 30. non debes ... praedicare vitam meam, quae fidelitate amicorum conservata sit, inimicorum molestia ‖ modestia ‖ non esse appetitam; Planc. 71.

applico, anſchließen: alqm (se): Verr. II, 2. Cluent. 46. 66. Flacc. 82. ſ. **ad,** I. applico, S. 62, a.

appono, beigeben, anſtellen, hinzufügen: I. **mit einfachem Object:** alqm: appositus erat Venuleius quidam qui emeret; Verr. III, 99. ſ. canem.

argentum: cenabat apud eum; argentum ille ceterum purum apposuerat, ne purus ipse relinqueretur; Verr. IV, 49.

calumniatores: Dionem evocavit, calumniatores ex sinu suo apposuit qui ... dicerent; Verr. I, 27. Verres calumniatores apponebat; Verres adesse iubebat; ib. II, 26.

canem: apponit de suis canibus quendam, qui dicat ..; Verr. IV, 40.

machinam: omnes illae columnae ... machina apposita nulla impensa deiectae eisdem ‖ eisdemque ‖ lapidibus repositae sunt; Verr. I, 145.

mancipem: si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset; Verr. I, 141.

notam: qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare; Piso 73.

patellam: is cenam isti dabat ...: apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia; Verr. IV, 48.
praevaricatorem: iam vereor ... ne, quod turpissimum est, praevaricatorem mihi apposuisse videar; Phil. II, 25.

II. **mit doppeltem Accusativ:** alqm — accusatorem: apponitur eis tamen accusator Naevius Turpio quidam; Verr. V, 108. — custodem: „custodem" inquit „Tullio me apponite"; div. Caec. 51.
civem — accusatorem: accusator autem apponitur civis Romanus de creditoribus Lampsacenorum; Verr. I, 74.

apporto, herbeibringen, hinbringen: alqd: Romam quae apportata sunt, ad aedem Honoris et Virtutis ... videmus; Verr. IV, 121.
columnas: ego porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi; Scaur. 45.
frumentum: ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere; Verr. III, 172.
lapidem, machinam: lapis aliquis caedendus et apportandus fuit? machina una ‖ fuit machina sua? ‖; Verr. I, 147.
matrem: te tua illa nescio quibus a terris apportata mater pecudem ex alvo, non hominem effuderit; Fr. A. V, 9.
ornamenta, signa: P. Servilius, quae signa atque ornamenta ex urbe hostium ... sustulit, ea populo Romano apportavit; Verr. I, 57.

appositus, geeignet: alqs; Verr. IV, 126. — homo: Verr. V, 108. — menses; Verr. I, 30. ſ. **ad**, I. appositus; S. 62, a.

apprehendo, ergreifen: alqd: ut quidque ‖ quidquid ‖ ego apprehenderam, statim accusator extorquebat e manibus; Cluent. 52.

approbatio, Billigung: **Ablativ:** adire: cum C. Caesar ..., quamquam sua sponte eximiaque virtute, tamen approbatione auctoritatis meae colonias patrias adiit; Phil. V, 23.
agere: egit causam summa cum gravitate copiaque dicendi, tanto silentio, tanta approbatione omnium, .. ut ..; Sest. 107.

approbo, zuſtimmen, billigen: I. **abſolut:** alqs: „hoc decrevissem". decerne, modo recte: omnes approbabunt; Sex. Rosc. 138. non istius solius hoc esse facinus, sed eorum etiam, qui approbarint; Verr. IV, 68. cedo nunc eiusdem ... contionem! quis non modo approbavit, sed non indignissimum facinus putavit illum ... vivere ac spirare? Sest. 108.
consules: nam latae quidem sunt (leges) consulibus illis, tacentibus dicam? immo vero etiam approbantibus, ut ..; Sest. 55.
di: at enim idcirco navem Mamertinis non imperasti, quod sunt foederati. di approbent! Verr. V, 49.
homines: nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium approbabant, „summo ingenio praeditum!" Sest. 121.
iudices: senatum (esse reum), qui ‖ qui se, al. hoc iudicavit; populum, qui iussit; iudices, qui approbarunt; Balb. 65.
pontifices: pontificibus bona causa visa est; approbaverunt; dom. 35.
populus: ut nihil sine consilio senatus, nihil non approbante populo Romano egerim; Piso 7. quo quidem tempore P. Clodium approbante populo Romano in foro es conatus occidere; Phil. II, 49.

II. **mit accus. c. infin.:** conclamant omnes et approbant ita fieri oportere; Verr. IV, 142. quod vos quoque illum hostem esse tanto consensu tantoque clamore approbavistis; Phil. IV, 2.

III. **mit Object:** alqd: (vgl. I.) nonne ... nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, ... magno illud clamore approbaverunt? Arch. 24.
caedis: sin has caedis et rapinas et hos tantos tamque profusos sumptus aut facient aut approbabunt; Sex. Rosc. 139.
consilium: approbat consilium; auctor est, ut ..; Verr. II, 37. agit gratias Cleomenes, approbat consilium, dicit ita fieri oportere; ib. V, 105.
corruptelam: ista corruptela servi si non modo impunita fuerit, sed etiam a tanta auctoritate approbata; Deiot. 30.
ius iurandum: cum (populus Romanus) meum ius iurandum tale atque tantum iuratus ipse una voce et consensu approbavit; Piso 7.
rapinas, sumptus: ſ. caedis.
sententiam: post eum rogatus Cn. Pompeius approbata laudataque Cottae sententia dixit ..; Sest. 74.
vim: si auctoritate virorum talium vis armatorum hominum *in* iudicio approbata videatur; Caecin. 38.

appromitto, dazu verſprechen: cum .. id ita futurum T. Roscius Capito ... appromitteret, crediderunt; Sex. Rosc. 26.

appropero, hineilen: quem diem ille, quam contionem, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret, numquam reliquisset; Milo 45.

appropinquo, herannahen: alqs: video enim illum, qui dicatur de Cyri morte nuntiasse, non id nuntiasse, sed Milonem appropinquare; Milo 48.
adventus: postea quam meus adventus appropinquaret; Verr. IV, 141.
bellum, caedes, incendia, interitus: cum haruspices ... convenissent, caedis atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totum urbis atque imperii occasum appropinquare dixerunt; Catil. III, 19.
iudicium: postea .. quam appropinquare huius iudicium ei nuntiatum est; Cluent. 192.
libertas: ut et illi poena et nobis libertas appropinquet; Phil. IV, 10.
lux: proxima nocte iam fere cum lux appropinquaret; Tull. 21.
occasus: ſ. bellum.
partus: cum esset gravida Auria ... et iam appropinquare partus putaretur; Cluent. 31.
poena: quibus ego confido impendere fatum aliquod et poenam iam diu improbitati ... debitam aut instare iam plane aut certe appropinquare; Catil. II, 11. ſ. libertas.
tempus: quasi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret; Sulla 54. quod (rei publicae tempus) mihi quidem magis videtur quam tu umquam arbitratus es appropinquare; Piso 94.

apte, genau: includo: tum illa, ex patellis et turibulis quae evellerat, ... ita apte in scaphiis aureis includebat, ut ..; Verr. IV, 54.
quadro: nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur; Cael. 69.

aptus, paſſend, geeignet, entſpringend: alqs; Verr. II, 134. — consilium; Catil. III, 16. — locus; Milo 53. — provincia; Muren. 41. Phil. XIII, 37. — simulationes; Milo 69. ſ. **ad**, II. aptus; S. 80, a.
adrogantia: ex hac copia atque omnium rerum adfluentia primum illa apta ‖ capta, al. ‖ est ‖ sunt, al. ‖ adrogantia, qua ..; leg. agr. II, 95.
arma: eis arma quae cuique habilia ‖ abitalia ‖ atque apta essent comparat; Tull. 18.
genus: ne ... videar ... eo genere uti litterarum, quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse videatur; Planc. 74.
homo: hominem, ut vere dicam, corpore, animo, studio, consuetudine natum atque aptum ad tempora belli militaremque rationem; Fr. A. III, 14.

ius: exemplum quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere ius, sed verba servire hominum consiliis et auctoritatibus; Caecin. 52.

lex: hoc animo legem sumpsi in manus, ut eam cuperem esse aptam vestris commodis; leg. agr. II, 15.

provincia: provinciarum religiosa sortitio, divina vero opportunitas, ut, quae cuique apta esset, ea cuique obveniret; Phil. III, 24. ſ. eben.

Übr: ** aptam et ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis aut in Bruttiis habent; Sex. Rosc. 132.

apud, bei, an, vor, in Gegenwart: I. **nach Verben:** accuso: si hunc apud bonorum emptores ipsos accusares; Sex. Rosc. 72. is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem praetorem rei capitalis cum accusatus esset; Verr. II, 68. qui apud Cn. Pompeium clarissimum virum cum accusatus esset; ib. 113. accusatus est apud eos, qui Scamandrum ... condemnarant; Cluent. 59. Deiotarus qui ... non modo apud te, sed etiam a suis accusetur; Deiot. 29.

adsequor: si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in ... ultimis gentibus positos nobile et inlustre apud omnis nomen civitatis tuae profuisset, ille ... apud te praetorem ... ne moram quidem mortis mentione ... civitatis adsequi potuit? Verr. V, 166.

aegroto: apud hunc ille Romae habitavit, apud hunc aegrotavit, huius domi est mortuus; Cluent. 165.

agito: cuius nomine apud Siculos festi dies ‖ dies festi ‖ agitantur et praeclara illa Verria celebrantur; Verr. II, 114.

ago: utrum quid agatur non vides an apud quos agatur? ... apud homines .. prudentissimos agitur; Sex. Rosc. 73. quoniam (populus Romanus) mihi potestatem apud se agendi dedit; Verr. V, 173. quid? haec ... apud Orbium acta non sunt? Flacc. 79. cum res agatur apud praetorem populi Romani ... et apud severissimos iudices; Arch. 3. hoc ipsum, quod nunc apud pontifices agis; dom. 51. cum apud pontifices res agatur; ib. 117. conventus ille Capuae ... huic apud me [P. Sestio] maximas gratias egit; Sest. 9. at istud ne apud eum quidem dictatorem ... quisquam egit isto modo; Ligar. 12. ſ. **ago**, II. causam; Quinct. 3. Verr. II, 100. III, 114. Caecin. 69. Cluent. 131. Sest. 120. Scaur. 27. (S. 158, b. f.).

amitto: cum apud istum ipsum tribus horis Q. Opimius, senator populi Romani, bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit; Verr. I, 156.

appello: cur honoris causa a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? Phil. II, 31.

capio: M. Aurius adulescentulus bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergii senatoris ... manus incidit et apud eum in ergastulo fuit; Cluent. 21.

celebro: eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque sollemnes apud omnis sunt adventu meo redituque celebrati; Piso 51. ſ. agito.

ceno: si domi illius aliquotiens fuisti, si ille apud te postea cenavit; div. Caec. 58. cenabat apud eum; Verr. IV, 49. Caelium .. cenasse apud eum, ventitasse domum; Cael. 26. qui tum casu apud Domitium cenabat; Deiot. 32.

cognosco: quae (signa) cognovi egomet apud istum in aedibus nuper; Verr. I, 50.

colo: Mercurium, qui sacris anniversariis apud eos ac summa religione coleretur; Verr. IV, 84. atque ille Paean sacrificiis anniversariis simul cum Aesculapio apud illos colebatur; ib. 128.

commemoro: illud .., quod apud M.'Glabrionem nuper cum in reiciundis iudicibus commemorassem; Verr. a. pr. 41. ne plus dicam quam vos aut sentiatis aut apud vos commemorari velitis; Caecin. 77.

commoror: ut ei beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur; imp. Pomp. 13.

confiteor: ut hoc tibi esset apud talis viros confitendum; Quinct. 53.

conloco: comites .. eius item apud ceteros hospites conlocantur; Verr. I, 63. ut ... apud eos monumenta victoriae plurima conlocaret; ib. II, 3. ut intellegerent Mamertini bene se apud istum tam multa pretia ac munera conlocasse; ib. V, 56.

consecro: Aristaeus ... una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo consecratus; Verr. IV, 128. cuius (Dianae) simulacrum sanctissimum Segestae, bis apud Segestanos consecratum; ib. V, 185.

consisto: quia magistratus aliqui reperiebatur apud quem Alfeni causa consisteret; Quinct. 71.

constituo: id (candelabrum) apud istum in eius modi conviviis constituetur, quae ..? Verr. IV, 71. quibus fuit portus apud eum, quem contra arma tulerant, eis apud te ... mors et cruciatus erat constitutus? ib. V, 153. nuper apud C. Orchivium, conlegam meum, locus ab iudicibus Fausto Sullae de pecuniis residuis non est constitutus; Cluent. 94. itaque ... apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt; Catil. IV, 8.

construo: itaque tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut ..; Phil. II, 97.

creo: sine quinque praetoribus ..., qui apud illos a populo creantur; Flacc. 44.

criminor: apud quem tu etiam nos criminari soles, qui ..; Vatin. 29.

dedico: id (simulacrum) .. apud Segestanos eius imperatoris nomine positum ac dedicatum fuisse; Verr. IV, 80.

defendo: tutoresne defendent ‖ defenderent ‖? perfacile vero apud istius modi praetorem, a quo ..; Verr. I, 153. causam nescio quam apud iudicem defendebat; Cluent. 74. nuper hominem tenuem ... cum defendissem apud M. Iunium Q. Publicium praetores et M. Plaetorium C. Flaminium aedilis curulis; ib. 126. amplissimis donis ornati aditus Iovis ..., Iunonis ... M. Scaurum apud *vos ... ab omni avaritiae ... suspicione defendunt*; Scaur. 47. cum M. Cicero apud te defendit alium in ea voluntate non fuisse, in qua ..; Ligar. 6.

defero: quae apud vos de me deferunt (tribuni plebis); leg. agr. III, 1.

defigo: quam (crucem) non ausus est usquam defigere nisi apud eos, quibuscum ..; Verr. IV, 24.

deperdo: ne quid apud vos populumque Romanum de existimatione sua deperderet; Font. 29.

deploro: hoc animo totiens apud patronos de suis miseriis deplorarunt; Verr. II, 10. multa Sosippus Agrigentinus apud Cn. Pompeium consulem nuper ... de aratorum miseriis graviter et copiose dixisse ac deplorasse dicitur; ib. III, 204.

depono: negasse habere sese (phaleras); apud alium quoque eas habuisse depositas; Verr. IV, 29. multa (signa) ad villas tuas posita, multa deposita apud amicos; ib. 36.

deprehendo: si tu apud Persas aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium duceretur; Verr. V, 166. de gladiis ac sicis, quae apud ipsum erant deprehensa; Catil. III, 10.

desum: quod si apud Atheniense ... non deerant qui rem publicam ... defenderent; Sest. 141.

deversor: ab Lysone .. Lilybaetano, primo homine, apud quem deversatus es; Verr. IV, 37.

dico: apud iudicem causam priore loco dicat? Quinct. 43. facile me paterer ... apud Cassianos iudices ... pro Sex. Roscio dicere; Sex. Rosc. 85. quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? Qu. Rosc. 18. utapud M. Metellum praetorem causa diceretur; Verr. a. pr. 26. metuo ne quid adrogantius apud talis viros videar dicere; ib. I, 10. qui iuratus apud vos dixit multos ... morte esse multatos; ib. 14. postea

.. se causam apud Chios civis suos Samiis accusantibus publice dixisse; ib. 52. testimonium [publicum] tuum, quod apud Neronem dixisti; ib. 78. ut ille ne sine adversario quidem apud iniquum ‖inimicum‖ iudicem reperire posset quod ‖quid‖ diceret; ib. II, 92. Tyracinum ... mortem oppetisse dixit apud vos homo nobilissimus; ib. III, 129. non possum dicere planius quam ipse apud vos dixit Heius; ib. IV, 27. Melitensis Diodorus est, qui apud vos antea testimonium dixit; ib. 38. dixit hoc apud vos Zosippus et Ismenias; ib. 92. quae cum apud te diceret; ib. V, 112. si haec apud Scythas dicerem, ... non apud senatores lectissimos civitatis; ib. 150. ut de eo tibi apud recuperatores dicere liceret; Tull. 39. hoc vos audietis, et apud vos dici patiemini saepius? Caecin. 34. quoniam apud homines peritissimos dico; Cluent. 115. C. Aquilii, apud quem nunc ambitus causa dicitur; ib. 147. mihi quidem ‖quo, al.‖ apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur; leg. agr. II, 1. de me autem ipso ‖ipso autem‖ vereor ne adrogantis sit apud vos dicere, ingrati tacere; ib. 2. Graecus apud Graecos non de culpa sua dixit, sed de poena questus est; Flacc. 17. qui ... est .. ex eo numero, qui semper apud omnis sancti sunt habiti itaque dicti; Arch. 31. qui non solum apud vos ..., sed etiam apud universum populum salutem populi Romani .. conservatam per me ... esse ... dixerit; sen. 29. quis apud populum Romanum de illius dignitate inlustrius ‖industrius‖, quis in senatu ‖senatui‖ saepius dixit? dom. 27. cum ... eidem apud me mihi illum uni esse inimicissimum dicerent; ib. 28. dico apud pontifices; ib. 34. 36. dixi apud pontifices istam adoptionem ... pro nihilo esse habendam; ib. 38. Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, ‖et‖ testimonium publice dixisset; Balb. 12. si nunc apud nos id, quod is fecisset, contra foedus factum diceretur; ib. 16. tu quid, tu apud quos, tu de quo dicas intellegis? Piso 75. ut ... apud eos .. me ... cogas causam de fortunis omnibus dicere? Planc. 40. quid diceret apud Voltiniensis aut apud tribulis suos iudices? ib. 43. quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt cur ..? ib. 46. vide quanta lux liberalitatis et sapientiae tuae mihi apud te dicenti oboriatur; Ligar. 6. apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui ..; ib. 7. nam dicere apud eum de facinore ... grave est; Deiot. 4. cum .. apud ipsum te de tuo periculo dicerent; ib. 8. homo disertus non intellegit ... eos, apud quos dicit, vituperari (a se); Phil. II, 18. et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es? ib. 51. avet animus apud consilium illud pro reo dicere; ib. V, 13. statueram, patres conscripti, quoad reus esset P. Clodius, nihil de illo neque apud vos, neque alio ullo in loco dicere; Fr. B. XIII, 1, 1. ſ. deploro; Verr. III, 204. — II. sapiens.

dispono: quae (signa) apud te nuper ad omnis columnas, omnibus etiam in intercolumniis in silva denique disposita sub divo vidimus; Verr. I, 51.

do: cenam: is cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano; Verr. IV, 48. — veniam: cui non apud senatum, non apud ullum ordinem, [non apud equites Romanos,] non in urbe, non in Italia, maximorum scelerum venia ulla [ad ignoscendum] dari possit; Piso 98.

educo: cum ... alter .. eius filius ... apud matrem educaretur; Cluent. 27.

educo: qui apud te esset eductus; quem tu a puero sic instituisses, ut ..; Quinct. 69.

efficio: quia multos per se et per alios multa ludibundos [libidinose] apud Verrem effecisse videt; Verr. III, 166.

expeto: ecqua res apud civitates Siculas expetitur, in qua ..? Verr. II, 120.

expono: cum ita rem exposuissem, quem ad modum nunc apud vos; Verr. II, 100. hunc (sensum) vere apud vos et ut potero planissime exponam; ib. III, 46.

exsisto: neque solum apud nos ..., sed etiam apud Graecos ... alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt; Cael. 40.

facio: fecerunt hoc multi apud maiores nostros, fecit etiam nuper homo clarissimus Cn. Domitius; Verr. II, 118. quod Halaesini ... Romae impetrarant, ut apud se ne suffragiis quidem fieri liceret; ib. 122. sicut apud maiores nostros factum est; ib. V, 48. tum facilius statuetis quid apud exteras nationes fieri existimetis; imp. Pomp. 38. itaque, quod paulo ante feci in senatu, faciam apud vos; Phil. VI, 5. — consulem: at vero apud antiquos Rulli, Decii .... recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamininus admodum adulescentes consules facti tantas res gesserunt, ut ..; Phil. V, 48. — difficiliorem: qui quidem ceterorum causam apud te difficiliorem fecit; Verr. IV, 44. — discidia, divortia: quod apud ceteros novis inter propinquos susceptis inimicitiis saepe fieri divortia atque adfinitatum discidia vidimus; Cluent. 190. — ebrium: servos Milonis apud se ebrios factos confessos esse ..; Milo 65. — gratiosum: igitur a quo vivo nec praesens nec absens rex Deiotarus quicquam aequi boni impetravit, apud mortuum factus est gratiosus; Phil. II, 94. — mentionem: de quo (capite) ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem ... neque ..; leg. agr. III, 4. — navem: navem denique maximam ... apud istos faciundam curavit; Verr. IV, 23. — res divinas: res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope cotidiano facere vidisti; Verr. IV, 18. — reum: apud eosdem iudices reus est factus; Cluent. 59. si quis apud me, T. Acci, te reum velit facere; ib. 148. exspectarisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum? Vatin. 27. — sacra: omnium sacrorum, quae apud omnis gentis nationesque fiunt; Verr. IV, 109. — verbum: verba apud senatum fecit; docuit ..; Verr. II, 48. Scandilius vero negat se apud Artemidorum recuperatorem verbum esse facturum; ib. III, 138.

ferio: (eum) Syracusis, apud notos, inspectante Sicilia paene tota, securi ferire; Verr. V, 75.

flagro: [flagrabant vitia libidinis apud illum; vigebant etiam studia rei militaris]; Cael. 12.

habeo: ſ. depono. — auctoritatem: ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetundo socii populi Romani ... habere debeant; div. Caec. 17. quo ... tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet; Verr. II, 14. qua auctoritate? utrum, quam apud senatum, an quam apud populum Romanum habere debetis? ib. IV, 24. in consule declarando multum etiam apud universum populum Romanum auctoritatis habet suffragatio militaris; Muren. 38. auctoritatem isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt? Flacc. 61. — deum: Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur; Verr. I, 49. is (Chryses) apud illos habetur deus et religione maxima colitur; ib. IV, 96. — momentum: ut sua religio, laudatio, auctoritas ‖in laudatione auctoritatis‖ aliquid apud vestros animos ‖et‖ momenti habuisse videatur; Font. 14. — nomen: res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat; Rab. Post. 28. — offensionem: an reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum, a quo missus est ‖missus‖, an apud senatum, a quo ornatus est? prov. cons. 29. — orationem: quoniam non est nobis haec oratio habenda aut apud imperitam multitudinem ‖in imperita multitudine, al.‖ aut in aliquo conventu agrestium; Muren. 61. — pondus: si M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat; Verr. I, 144. ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet; Balb. 60. — sanctum: qui civium Romanorum iura ac libertatem sanctam apud omnis haberi

velit; Verr. III, 6. ſ. deum; Verr. I, 49. dico; Arch. 31.

habito: habitasti apud Heium Messanae; Verr. IV, 18. habitare apud sese Cererem Hennenses arbitrantur; ib. 111. praedonum ducem vivere, habitare apud te; ib. V, 77. „apud me habitavit, mecum fuit"; ib. ut se mortuo apud Dinaeam ..., quoad pareret, habitaret; Cluent. 33. Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucceium habitabat; Cael. 51. ſ. aegroto. sum; Verr. II, 83.

iaceo: tu apud socios fidelissimos ... dies continuos compluris in litore conviviisque iacuisti; Verr. V, 137.

iacto: in hac igitur urbe se iactant, quam oderunt? apud eos, quos inviti vident? Flacc. 61.

infamo: quibus criminibus haec tota apud ignaros aut invidos *infamata* causa est; Scaur. 13.

invenio: quas (litteras) ego Syracusis apud Carpinatium in litterarum adlatarum libris, Romae in litterarum missarum apud magistrum L. Tullium ... inveni; Verr. III, 167. apud quos eam (Cererem) natam esse et fruges invenisse constat; ib. IV, 108. invenient hominem apud sororem tuam occultantem se capite demisso; dom. 83. [quae (lex) est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis;] Milo 89.

loquor: videor enim mihi iam liberius apud vos pro Siculis loqui debere, quam ..; Verr. II, 11. quod quidem apud Graecos Graece locutus essem; ib. IV, 147. nihil interesse, utrum haec Messanae an apud istum in praetorio loqueretur; ib. V, 160. cum loquar apud senatores populi Romani, legum et iudiciorum et iuris auctores; ib. 171. non apud indoctos, sed ... in hominum eruditissimorum ... coetu loquor; Piso 68. ad iudicem sic ‖agi solet‖, sed ego apud parentem loquor: „erravit ..;" Ligar. 30. qui apud talis viros tam impudenter loquare; Phil. II, 16.

maneo: qui iudicia manere apud ordinem senatorium volunt; div. Caec. 8. cum ... postridie .. apud eundem ventum exspectans manerem; Phil. I, 8.

nascor: ut quicquid ex sese posset efferre (provincia), id non apud eos nasci, sed domi nostrae conditum iam putaremus; Verr. II, 5. ſ. invenio; Verr. IV, 108.

obsolesco: studiis militaribus apud iuventutem obsoletis; Font. 42.

obsum: quae (commoda) quidem si huic obfuerint apud vos, non intellego quod bonum cuiquam sit apud talis viros profuturum; Balb. 63. non extimesco ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit, qui ..; Planc. 2. pater ut apud talis viros obesse filio debeat? ib. 31.

obtineo: haec (civitas) apud te cognationis, ... auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit, ut ..; Verr. V, 125. iane apud vos obtinebit causam, qui se ita defenderit? Caecin. 38. quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat; Sulla 19. quem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? Phil. II, 71.

occido: ut eum apud adversarios occisum esse diceret; Sex. Rosc. 127. qui *neque proscriptus* neque apud adversarios occisus est; ib. 130.

occulto: ſ. invenio; dom. 83.

occupo: praeterea pecunias occuparat apud populos et syngraphas fecerat; Verr. I, 91.

offendo: qui bis apud eos iudices offendisset; Cluent. 63. qui populares erant, offendebant illi quidem apud gravis et honestos homines, sed ..; Sest. 105. quid me apud equites Romanos offendisse dicebant? Fr. B. VII, 14, b.

pario: quae peperit apud Decianum filiam; Flacc. 72.

pendo: si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur; Quinct. 5.

percrebresco: quae (opinio) non modo *apud populum Romanum, sed etiam* apud exteras nationes omnium sermone percrebruit; Verr. a. pr. 1.

perfero: ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre; Cluent. 171.

persequor: quem ego hominem accuso? quem legibus apud iudicium ut reum ‖aut iudiciali iure, al.‖ persequor? Verr. IV, 104.

pervagor: iste cupiditate illa sua nota atque apud omnis pervagata ... adamavit (signa); Verr. II, 85.

peto: petita multa est apud istum praetorem a Q. Opimio; Verr. I, 155.

pono: cum posita esset pecunia apud eas societates, unde ..; Verr. III, 165. eius .. vitae a me insidias apud me domi positas esse dixerunt; Sest. 41. ſ. dedico.

possum: qui apud me et amicitia et beneficiis et dignitate plurimum possunt; Sex Rosc. 4. quod speravit sese apud talis viros aliquid posse ad perniciem innocentis; ib. 141. istius pecuniam, quae apud me contra fidem meam nihil potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse debere; Verr. I, 19. vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut ..; ib. II, 14. qui quantum apud istum [et quam turpi de causa] potuerint ex reliquis criminibus intellegetis; ib. 36. qui ... tantum auctoritate apud suos civis potuit, ut ..; ib. 113. ne miremini qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit; ib. 134. huius Tertiae ... prope dicam tantum apud istum in Siciliensi praetura auctoritas potuit quantum in urbana Chelidonis; ib. III, 78. qui apud istum plurimum poterat; ib. 130. quod ... plus .. aliquanto apud te pecuniae cupiditas quam iudicii metus posset; ib. 131. quae (memoria) plus apud eum possit quam salus civitatis; Phil. V, 51.

praedico: quae quidem ego si aut per me aut ab aliis haberem, non praedicarem apud vos; har. resp. 16.

praedor: facilius enim perspicietur qualis apud eos fueris, qui te oderunt ..., cum apud tuos Mamertinos inveniare improbissima ratione esse praedatus; Verr. IV, 3.

profero: quod apud vos quasi exempli causa proferre possem; Verr. II, 183. tantum unius cuiusque de varia improbitate generis indicia apud vos et exempla profero; ib. IV, 49.

profiteor: id profiteri apud xviros et ad eos referre iubet; leg. agr. II, 59. ut quicumque de provincia decesserit, apud eosdem xviros quantum habeat praedae ... profiteatur; ib. SI TUM ... IN ITALIA DOMICILIUM HABUISSENT ET SI SEXAGINTA DIEBUS APUD PRAETOREM ESSENT PROFESSI. cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum; Arch. 7.

prosum: non est mirandum eam (ludorum magnificentiam) L. Murenae apud populum profuisse; Muren. 38. ſ. adsequor. obsum; Balb. 63.

pugno: quod nisi ego ... apud Siculos non Metelli, sed Glabrionis litteris ac lege pugnassem; Verr. II, 64.

puto: quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur; Verr. II, 126. ſ. II. gravis; Verr. I, 69.

queror: quia tempore dato modeste apud vos socius amicusque populi Romani questus est; Verr. IV, 18. ſ. dico; Flacc. 17.

relinquo: nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum ... neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse; Verr. IV, 2. huc omnia undique deferebantur; apud istos relinquebantur; ib. 23. ille ... respondit Lilybaei se non habere (pocula), Melitae apud quemdam propinquum suum reliquisse; ib. 38. itaque maiores nostri facile patiebantur, haec esse apud illos quam plurima: apud socios, ut imperio nostro quam ornatissimi florentissimique essent, apud eos autem, quos vectigalis aut stipendiarios fecerant, tamen haec relinquebant, ut ..; ib. 134. mater Idaea, quam apud Enguinos ...

religiosissimo in templo sic spoliatam reliquit, ut ..; ib. V, 186. et par desiderium sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste? Rabir. 14.

remaneo: quibus multa fortuna ademisset, tamen apud eos remansisse ea, quae religio retinuisset; Verr. IV, 46.

reperio: ex his parvis libellis apud unum magistrum societatis repertis; Verr. II, 184. apud Segestanos repertum esse .. scitote neminem ... qui ..; ib. IV, 77.

reprehendo: non dubitabo apud ipsum te ... gravissimis verbis eius consilium reprehendere; Ligar. 23.

requiro: quas easdem mulieri a me datas apud Pataranos requisivit; Flacc. 78.

retineo: apud quem omnis gradus dignitatis tuae retinuisses; Flacc. 81.

scribo: ut video scriptum apud Graecos; Scaur. c. 3. § 4.

sedeo: at tu illo ipso tempore apud socrum tuam ... sedebas; Piso 26.

sublevo: utrum sublevat Sullam an satis probat se nescire? — sublevat apud Gallos; Sulla 39.

subscribo: quod lege Hieronica numerus aratorum quot annis apud magistratus publice subscribitur; Verr. III, 120.

subsigno: illud quaero, ... subsignari (ista praedia) apud aerarium aut apud censorem possint? Flacc. 80.

sum: quid signorum, quid marmoris apud illum putatis esse? Sex. Rosc. 133. si iste apud eos quaestor non fuisset; div. Caec. 4. apud quos quaestor fueris; ib. 65. apud quos consul fuerat; ib. 66. Beneventi esse iussit (hominem) apud eos, quos ..; Verr. I, 38. istius nomine apud eos diem festum esse, qui ..; ib. II, 52. Volcatius idem apud te postea fuit; ib. 68. cum ... apud eum [non solum] Thermis saepe numero fuisset, [sed etiam habitasset]; ib. 83. ille enim est magistratus apud Siculos, qui ..; ib. 131. quod apud omnis Graecos hic mos est, ut ..; ib. 158. quae (statua) erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco; ib. 159. apud eos cum essem; ib. apud quos tabulae fuissent; ib. 182. erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in aedibus; ib. IV, 4. si is ... quod apud quemque esset emere vellet; ib. 10. esse illa signa domi suae, non esse apud Verrem? ib. 16. fuisse aliquando apud Siculos peraeque pro portione cetera; ib. 46. multa fuisse fere apud omnis Siculos; ib. 47. qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est; ib. 49. omne argentum, quod apud quemque esset Catinae; ib. 50. qui apud alium iudicem multo acrior, quam ego sum, actor accusatorque esse deberes; ib. 70. fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum; ib. 72. sit apud alios imago P. Africani; ib. 81. Herculis templum est [apud Agrigentinos] non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum; ib. 94. matris magnae fanum apud Enguinos est; ib. 97. sacrarium Cereris est apud Catinensis eadem religione qua Romae; ib. 99. Satyrum, qui apud illos in aede Vestae est; ib. 135. quae sunt istae custodiae? apud quos homines? ib. V, 68. domi esse apud sese archipiratas dixit duos; ib. 73. apud maiores nostros cum et res et cupiditates minores essent; Tull. 9. fuit illud interdictum apud maiores nostros de vi, quod hodie quoque est; ib. 44. cum esset adulescens apud mulierculam quandam atque ibi ||ubi|| pernoctaret; Cluent. 37. illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt; leg. agr. I, 3. huius ordinis auctoritas, quae apud maiores nostros fuit; ib. 27. fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina; Catil. I. 9. ut aditus ad consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quam virtuti pateret; Muren. 17. „apud exercitum mihi fueris" inquit „tot annos"; ib. 21. etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis; ib. 25. esse apud hominem constantem ignoscendi locum; ib. 63. fuit eodem ex studio vir eruditus aqud patres nostros ..., Q. Tubero; ib. 75. hostis est enim non apud Anienem ..., sed in urbe; ib. 84. sit apud vos modestiae locus, sit demisso animo ||demissis hominibus|| perfugium, sit auxilium pudori; ib. 87. quae pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine a civitatibus; Flacc. 55. hodie .. apud Decianum est et uxor Amyntae et filia; ib. 72. hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse; Arch. 11. erant apud illum inlecebrae libidinum multae; erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris; Cael. 12. qui ... sui beneficii voluit me esse, ut apud eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, et praedicatorem et actorem; Balb. 4. quae est ergo apud Caesarem querella, cum? Ligar. 25. cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi; ib. 31. ut est apud poëtam nescio quem „male parta male dilabuntur"; Phil. II, 65. nec vos ut legati apud illum fuistis nec ut consulares; ib. VIII, 28. ea .. erat non modo apud maiores nostros, sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare ..; ib. 30. hic mos iam apud illos antiquos et barbatos fuit, ut persequerentur popularis; Fr. B. VII, 18. qui mense Aprili apud Baias essent et aquis calidis uterentur; ib. XIII, IV, 1. illum ipsum patronum lubidinis suae non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere; ib. 4. ſ. capio. constituo; Verr. V, 153. praedor. relinquo; Verr. IV, 134. — sum ausgelaſſen: haec autem apud Iunium parva et infirma et ipsius labore quaesita atque conlecta; Cluent. 94. nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum; Piso 67. apud alterum uxor, liberi; Phil. XII, 1. — ponderis: ea (merita) tamen ita magni, ut ego putarem, ponderis apud vos esse debere; Planc. 4. — dignitate, existimatione: qua (hic) apud omnis Siculos dignitate atque existimatione sit; Verr. II, 111. — gloria: homines Graeci ... tanta hodie gloria sunt non in Graecia solum, sed etiam apud nos atque in ceteris terris, ut ..; Sest. 142. — odio: quo maiore etiam, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quam est apud populum Romanum; Verr. a. pr. 42. — in honore: ei servi ubi sunt? Chrysogonum .. sectantur: apud eum sunt in honore et pretio; Sex Rosc. 77. quod (servi) .. apud vos ipsos in honore tanto sunt; ib. 120. qui apud barbaros propter togae nomen in honore aliquo fuissent; Verr. V, 157. esse apud vos posterosque vestros in honore debebit is, qui ..; Catil. III, 2. — in invidia: videmus quanta sit in invidia quantoque in odio apud quosdam nobilis homines novorum hominum virtus et industria; Verr. V. 181. — in odio: quanto in odio simus apud exteras nationes propter eorum ... libidines et iniurias; imp. Pomp. 65. ſ. in invidia. — in pretio: ſ. in honore; Sex. Rosc. 77. — mit Objectiven: ſ. II.

suscipio: quisquam dubitabit quin tu istam apud populos provinciae totius invidiam atque offensionem ... pecunia conciliandae causa susceperis? Verr. II, 137.

teneo: artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur; Verr. I, 13. hoc loco Scaevolam dixisti causam apud centumviros non tenuisse; Caecin. 67. tenentur uno in loco HS IↃↃXL; tenentur apud hominem audacissimum; tenentur apud iudicem; Cluent. 82. nisi apud vos, nisi per vos, iudices, ... salutem nostram ... tenuerimus; Flacc. 4. qui apud me deorum immortalium vim et numen tenetis; Quir. 25. quod patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum; Planc. 8.

tollo: apud quos etiam Verria illa flagitiosa sublata sunt; Verr. IV, 151.

valeo: certe aut apud te et hos, qui tibi adsunt, veritas valebit aut ..; Quinct. 5. quod apud vos plurimum debet valere; div. Caec. 11. ecquid hanc

rem apud vos animosque vestros valere oporteat; ib. 17. apud quem non ius, non aequitas, ... non gratia valeret; Verr. I, 136. ecquid apud vos querimoniae valerent antiquissimorum ... sociorum; ib. II, 14. valuit apud te plus is, qui pecuniam maiorem dedit; ib. 78. tantum apud te quaestus Apronii, tantum eius sermo inquinatissimus et blanditiae flagitiosae valuerunt, ut ..? ib. III, 65. qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam quam apud tris negotiatores metum valere; ib. 138. multum apud illum recentis nuntios, multum tabellas ... tributarias valuisse; ib. IV, 148. fatebitur apud istum neque senectutem patris neque adulescentiam filii ... plus valuisse quam ..; ib. V, 22. plus impudicissimae mulieris apud te de Cleomenis salute quam de sua vita lacrimas matris valere; ib. 112. apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut ..; ib. 165. ut plus apud vos preces virginis Vestalis quam minae Gallorum valuisse videantur; Font. 49. hanc auctoritatem ... quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis; imp. Pomp. 46. quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimum valuisse et valere oportere confiteor; ib. 51. si plus apud populum Romanum auctoritas tua quam ipsius populi Romani salus et vera causa valuisset; ib. 53. qui apud Rullum aliqua ratione valuerunt; leg. agr. II, 57. aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam; Muren. 69. cum illae valent apud me excusationes iniuriae tuae; Sulla 47. quia valet apud nos clarorum hominum ... memoria etiam mortuorum; Sest. 21. valebant in senatu multum, apud bonos viros plurimum; ib. 105. valebis apud hominem volitantem gloriae cupiditate vir moderatus et constans, apud indoctum eruditus, apud generum socer; Piso 59. ipso nomine patrio valeret apud clementis iudices et misericordis; Planc. 31. quo minus me apud vos valere oporteret; ib 82. quamquam in istis omnibus rebus, praesertim apud homines barbaros, opinio plus valet saepe quam res ipsa; Scaur. 36. valebat apud vos, iudices, Milonis erga me ... meritorum memoria; Milo 34. tantum .. apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut ..; Marcell. 14. ne haec quidem conligo, quae fortasse valerent etiam apud iudicem; Ligar. 30. video tamen apud te causas ... valere plus quam preces; ib. 31. ut quantum senatus auctoritas vesterque consensus apud Antonium valiturus esset per legatos experiremur; Phil. VI, 3.

video: vasa ea, quae pulcherrima apud eum viderat; Verr. IV, 63. si apud Caelium mulieris servus visus esset; Cael. 61. ſ. dispono. facio discidia. — videor: haec iam tum apud illos barbatos ridicula, credo, videbantur; Muren 26. ut apud posteros nostros non exstinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux fuisse videar? dom. 101.

vigeo: vigeant apud istam mulierem venustate; Cael. 67. ſ. flagro.

(vinco: vgl. II. idoneus).

violo: cum apud exteras nationes imperii nominisque nostri famam tuis probris flagitiisque violaris; Verr. I, 82.

viso: quae apud quosque visenda sunt tota Asia et Graecia; Verr. IV, 135.

vitupero: haec tu homo sapiens ... apud eos, quorum consilio sapientiaque gesta sunt, ausus es vituperare? Phil. II, 11.

voco: ne apud illos me in invidiam voces; Phil. II, 59.

utor: neque ei suam vacationem ‖ purgationem ‖ eripio, qua ille apud omnis utitur; Verr. II. 164. si quid auctoritatis in me est, apud eos utar, qui eam mihi dederunt; imp. Pomp. 2. qua voce ter omnino post Romam conditam consul usus esset pro universa re publica apud eos solum, qui ..; sen. 24. qua (voce) qui apud te, C. Caesar, utitur ..; Ligar. 16.

II. **nach Adjectiven:** amplus: qui honos est apud Syracusanos amplissimus; Verr. IV, 137. quoniam apud illos Fabiorum nomen est amplissimum; Font. 36. vgl. I. puto.

carus: non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum est, non hospitem, quod sanctissimum est; Verr. II, 110.

clarus: illa vero expugnatio fani ... quam luctuosa Samiis fuit! ... quam clara apud omnis! Verr. I, 50. honestissimo loco et apud illos clarissimo; ib. II, 50.

difficilis: ſ. I. facio.

facilis: faciles sunt preces apud eos, qui ultro nobis viam salutis ostendunt; har. resp. 63.

gloriosus: hoc est apud Graecos ... prope maius et gloriosius quam Romae triumphasse; Flacc. 31.

gratiosus: quod apud publicanos gratiosus fuisti; Verr. II, 169. homo et domi nobilis et apud eos, quo se contulit, propter virtutem splendidus et gratiosus; ib. IV, 38. apud P. Globulum, meum necessarium, fuisti gratiosior; Flacc. 76. semper fuerunt viri boni, qui apud tribulis suos gratiosi esse vellent; Planc. 44. causas apud te rogantium gratiosiores esse quam voltus; Ligar. 31. ſ. facio.

gravis: quod etiam apud omnis leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Qu. Rosc. 6. sociorum voluntatem apud hos gravem esse non opertere? div. Caec. 12. ut gravius apud eos nomen legationis quam iniuria legati putaretur; Verr. I, 69. nullius apud te gravis auctoritas? ib. II, 40. gravissima tamen apud te voluntas patris esse debuisset; ib 98. quae (ordinis auctoritas) nisi gravis erit apud socios et exteras nationes; ib. IV, 25. graviorem apud sapientis iudices se fore ab inferis testem, quam si ..; ib. V, 113.

idoneus: si is pretio apud istum idoneus esset [vinceret] ‖ *idoneos vinceret*, al. ſ; Verr. II, 121.

infirmus, levis: ſ. gravis; Qu. Rosc. 6.

inlustris: ſ. I. adsequor.

magnus: nullius apud me ... auctoritas maior est quam M. Lepidi; Phil. XIII, 7. ſ. gloriosus.

nobilis: ſ. I. adsequor.

notus: ubi erant illi ... homines apud nos noti, inter suos nobiles? Flacc. 52.

religiosus: ſ. I. sum; Verr. IV, 94.

sanctus: neque apud te tam sancta religio societatis fuisset, ut ..; Verr. III, 134. sit igitur, iudices, sanctum apud vos ... hoc poetae nomen; Arch. 19. vgl. carus. ſ. gravis; Qu. Rosc. 6. — I. dico; Arch. 31. habeo. sum; Verr. IV, 94.

sapiens: qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur; Sex. Rosc. 69.

splendidus: ſ. gratiosus; Verr. IV, 38.

subinvisus: subinvisum apud malevolos Postumi nomen; Rab. Post. 40.

superior: „fuisti" inquit „tum apud pontifices superior"; dom. 4.

tantus: est enim tanta apud eos eius fani religio atque antiquitas, ut ..; Verr. I, 46. tanta nominis Romani dignitas est apud omnis nationes, ut ..; ib. V, 150. Pompei .. auctoritas .. apud omnis tanta est quanta esse debet; Flacc. 14.

tutus: hac una tamen fiducia civitatis non modo apud nostros magistratus ... neque apud civis solum Romanos ... fore se tutos arbitrantur, sed ..; Verr. V, 167.

III. **nach Substantiven (Verbindungen von Substantiv und Verb):** accusator: ſ. I. sum; Verr. IV, 70.

actor: ſ. I. sum; Verr. IV, 70. Balb. 4.

agri: iubent venire ... agros in Hispania apud Karthaginem novam; leg. agr. I, 5.

auctoritas: illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostis populi Romani auctoritatem!

imp. Pomp. 46. si M. Petrei ... non summa auctoritas apud milites ... exstitisset; Sest. 12. ſ. I. habeo. — II. tantus; Flacc. 14.

auxilium: ſ. I. sum; Muren. 87. — cena: ſ. I. do. — dignitas: ſ. I. sum. II. tantus; Verr. V, 150. — existimatio, gloria: ſ. I. sum.

gratia: domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia; Cluent. 154. quae (voluntas militum) cum per se valet multitudine, cum apud suos gratia, tum ..; Muren. 38. quae quidem si potentia est appellanda potius quam ... non nulla apud bonos gratia; Milo 12.

honos: ſ. I. sum. — invidia: ſ. I. sum. suscipio. voco. — locus: ſ. I. constituo; Cluent. 94. obtineo; Phil. II, 71. sum; Muren. 63. 87. Ligar. 31. — momentum: ſ. I. habeo. — mos: ſ. I. sum; Verr. II, 158. Fr. B. VII. 18. — nomen: ſ. gratia; Cluent. 154. — numen: ſ. I. teneo; Quir. 25. — odium: ſ. I. sum. — offensio: ſ. I. habeo. suscipio. — oratio: ſ. I. habeo. — perfugium: ſ. I. sum; Muren. 87. — pondus: ſ. I. habeo. sum. praedicator: ſ. I. sum; Balb. 4. — pretium: ſ. I. sum.

pugna: nostra semper feretur et praedicabitur ... incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis; Arch. 21.

querella: ſ. I. sum; Ligar. 25. — religio: ſ. II. tantus; Verr. I, 46. — venia: ſ. I. do. — vis: ſ. I. do; Quir. 25.

IV. **zum ganzen Satz gehörig** (vgl. I. creo, dedico, defigo u. a.): ibi non solum iste ut apud ceteros pecuniam accepit, sed ..; Verr. II, 125. ludis Circensibus mane apud L. Sisennam ... cum essent triclinia strata; ib. IV, 33. tibi apud eosdem (Mamertinos) privata navis oneraria maxima publice est aedificata; ib. V, 136. nulla in lege nostra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exsilio esse multatum; Caecin. 100. poena est, ut opinor, Dorylai gravior quam apud alios falsarum et corruptarum litterarum; Flacc. 39. apud quos (Graeculos) etiam *Cl*eombrotum Ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro; Scaur. c. 3. § 4. — cum apud maiores nostros summi viri ... in agris .. colendis aliquantum operae temporisque consumpserint; Sex. Rosc. 51. cupiditati ait se obviam ire. quis potius non modo his temporibus, sed etiam apud maiores nostros? Verr. I, 106. totiens apud maiores nostros Siculi senatum adierunt, totiens hac memoria; Verr. II, 146. tulit apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis; Balb. 21. quem apud maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt; ib. 28. C. Popilius apud maiores nostros cum ad Antiochum regem legatus missus esset; Phil. VIII, 23. — itaque apud patres nostros atroci ac difficili rei publicae tempore ... aditum est ad libros Sibyllinos; Verr. IV, 108.

aqua, Waſſer, Gewäſſer, Waſſerleitung; pl. Heilquelle: I. **Subject:** fervet: ſ. IV. perfundi.

sunt: quo in summo (loco) est aequata agri planities et aquae perennes; Verr. IV, 107. nec enim respexit illum ipsum patronum lubidinis suae non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere, quae † gustu tamen Arpinatis fuissent; Fr. B. XIII, iv, 4.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adduco: „ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere?“ Cael. 34.

adimo: cui repente caelum, solem, aquam terramque ademerint; Sex. Rosc. 71.

arceo: ille tenet [et scit] ut hostium copiae, tu ut aquae pluviae arceantur; Muren. 22.

bibo: ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint ‖ biberunt ‖, primo relevari videntur; Catil. I, 31.

habeo: ſ. I. sunt; Fr. B. XIII, iv, 4.

suppedito: quod fistulas, quibus aqua suppeditabatur Iovis Optimi Maximi templis ac sedibus, praecidi imperarat; Rabir. 31.

2. **Ablativ:** interdico: VELITIS IUBEATIS UT M. TULLIO AQUA ET IGNI INTERDICATUR? dom. 47. ubi enim tuleras, ut mihi aqua et igni interdiceretur? ib. 82. quae (leges Caesaris) iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici; Phil. I, 23. Plancum ... sic contemnit, tamquam si illi aqua et igni interdictum sit; ib. VI, 10.

utor: qui mense Aprili apud Baias essent et aquis calidis uterentur; Fr. B. XIII, iv, 1. ſ. I. adduco.

3. **mit Präpoſitionen:** admetior ad: cogit ut ad aquam tibi ... frumentum Hennenses admetiantur vel Phintiam vel ..; Verr. III, 192.

conicio in: ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur, sic ..; Qu. Rosc. 17.

consulo de: si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius quam C. Aquilium consulebamus; Balb. 45.

deporto ad: ut ante Kalendas Sextilis omnes decumas ad aquam deportatas haberent; Verr. III, 36.

pendo pro: ego Tusculanis pro aqua Crabra ‖ crebra ‖ vectigal pendam, quia mancipio fundum accepi; leg. agr. III, 9.

provehor ad: atque etiam homines agrestes ... inani spe ad aquas usque et Puteolos provehuntur; Phil. VIII, 9.

venio ad: me unum ex eis feci, qui ad aquas venissent; Planc. 65.

III. **nach Subſtantiven:** controversiae: (praetor.) qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerumque controversiis interdicit; Caecin. 36.

ductus: aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur; Caecin. 74.

fons: in hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethusa est; Verr. IV, 118.

interdictio: id .. ut esset faciundum non ademptione civitatis, sed tecti et aquae et ignis interdictione adigebantur ‖ faciebant ‖; dom. 78.

iura: quae diligentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum aquarum itinerumque sunt; Caecin. 74.

IV. **Ablativ:** exstinguere: si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina exstincturum ‖ restincturum ‖; Muren. 51.

gerere se: si .. ita sese gerat ‖ geret ‖, non incessu solum ..., sed etiam complexu osculatione, aquis, navigatione, conviviis, ut ..; Cael. 49.

perfundi: aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur; Verr. I, 67.

aquarius, das Waſſer betreffend: provincia: cum tibi magno clamore aquaria provincia sorte obtigisset; Vatin. 12.

aquila, Adler: I. **Subject:** est funesta, al.: quid ego te invitem ..., a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam? tu ut illa carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti? Catil. I, 24.

II. **nach Verben:** infero: Hirtius ipse aquilam quartae legionis cum inferret; Phil. XIV, 27.

praemitto: cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium [scelerum] domi suae fecerat, scirem esse praemissam; Catil. II, 13. ſ. I.

ara, Altar, Denkmal: I. **abſolut:** I. **Subject:** adferunt: quia ... statuebantur arae quae religionem adferrent ipsi loco, quo essent consecratae, haec, nisi plebes iussisset, fieri vetuit; dom. 128.

sunt: quid est sanctius ... quam domus unius cuiusque civium? hic arae sunt, hic foci, hic di penates; dom. 109. in eis aedibus ... sacellum dico fuisse et aras; har. resp. 30.

vident: te eius di penates acceperunt, te amicum et placatum Deiotari regis arae focique viderunt; Deiot. 8. — videntur: ut ... omnium civium salus, vita, libertas, arae, foci, di penates ... vestrae sapientiae, fidei, potestati commissa creditaque esse videantur; dom. 1.

vigent: vestrae tum [arae], vestrae religiones viguerunt; Milo 85.

2. **Prädicat**: sum: hic locus igitur est unus quo perfugiant; hic portus, haec arx, haec ara sociorum; Verr. V, 126. ea .. exstructione, quae sit ad memoriam aeternitatis ara Virtutis; Phil. XIV, 34.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: commendo: patria ... vobis arcem et Capitolium, vobis aras Penatium ... commendat; Catil. IV, 18.

committo, credo: ſ. I, 1. videntur.

commoneo: nolite pati, iudices, aras deorum immortalium Vestaeque matris cotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoneri; Font. 47.

consecro: video enim esse legem veterem tribuniciam quae vetet iniussu plebis aedis, terram, aram consecrari |consecrare|; dom. 127. post .. senatus in loco augusto consecratam iam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit; ib. 137. qui ... aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua consecraret; ib. 140. cum pro detestatione tot scelerum unam aram nefarie consecraret; ib. ſ. I, 1. adfero.

dedico: simulacrum .. aut aram si dedicasti, sine religione loco moveri potest; dom. 121. cum Licinia, virgo Vestalis, ... aram et aediculam et pulvinar sub Saxo ||saxo, al.|| dedicasset, nonne ||non|| eam rem ex auctoritate senatus ad hoc conlegium ... praetor rettulit? ib. 136.

defendo: nos domicilia sedisque populi Romani, aras, focos, sepulcra maiorum ... defendimus; Phil. VIII, 8.

exscindo: templum sanctitatis, ... caput urbis, aram sociorum ... inflammari, exscindi, funestari; Milo 90.

funesto: qui ... humanis hostiis eorum (deorum) aras ac templa funestant; Font. 31. ſ. exscindo.

imploro: ſ. obruo. — inflammo: ſ. exscindo.

moveo: ſ. dedico.

obruo, obtestor, opprimo: vos ... imploro atque obtestor, ... Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales, quas ille praeceps amentia ... substructionum insanis molibus oppresserat; Milo 85.

recipero: hic est enim reditus ... in domo, in sedibus, in aris, in focis, in dis penatibus reciperandis; dom. 143.

relinquo: quos tu ... ex oppidis Agrianum |aggrinarum|| atque Dolopum demigrare et aras et focos relinquere coëgisti; Piso 91.

repeto: Cn. Pompei liberi ... repetebant .. deos patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quae tu invaseras; Phil. II, 75.

subicio: ius igitur statuetis esse unius cuiusque vestrum sedis, aras, focos, deos penatis subiectos esse libidini tribuniciae? dom. 106.

statuo: ſ. I, 1. adfero.

teneo: ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistulam quod volet iniuratus probabit? Flacc. 90.

tollo: ſ. consecro; dom. 137.

2. **Ablativ**: pello: ego pulsus aris, focis, dis penatibus, distractus a meis carui patria; Sest. 145.

3. **mit Präpoſitionen**: accedo ad: cum quidam apud eos ... testimonium publice dixisset et, ut mos Graecorum est, iurandi causa ad aras accederet; Balb. 12.

adeo ad: rum (deorum) aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere; Phil. XIV, 2.

aspernor a: cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortalis a suis aris atque templis aspernatos esse confido; Cluent. 194.

comparo bellum contra: cum bellum nefarium contra aras et focos ... ab homine ... perdito non comparari, sed geri iam viderem; Phil. III, 1.

confugio ad: ut numquam ante hoc tempus ad aram legum praesidiumque vestrum publico consilio confugerint; Verr. II, 8. cum homines ||omnes|| vincula, neces ignominiasque vitant ..., confugiunt quasi ad aram in exsilium; Caecin. 100. — in: qui postea quam e scena ... explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum; Qu. Rosc. 30. qui nisi in aram tribunatus confugisset; sen. 11.

decerno de: de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis atque templis ... decernite diligenter ... ac fortiter; Catil. IV, 24.

detraho ab: qui ... sacerdotem ab ipsis aris pulvinaribusque detraxeris; har. resp. 28.

discedo ab: ſ. adeo ad.

fero arma contra: ego arma ... contra deos patrios aramque et focos, contra patriam tuli; Phil. II, 72.

gero bellum contra: unus furiosus gladiator ... contra deos penatis, contra aras et focos ... gerit bellum; Phil. XIII, 16. ſ. comparo contra.

invado in: ſ. 1. repeto.

III. **nach Adjectiv**: inimicus: nisi dis penatibus, nisi aris et focis omnium nostrum ... inventus esset inimicus; Phil. XI, 10.

IV. **Umſtand**: ad: ut ... nostri imperatores ... ea (vota) .. in ipso Pessinunte ad illam ipsam principem aram et in illo loco fanoque persolverent; har. resp. 28.

aratio, Pflanzung, Pachtung: I. **Subject**: debet, al.: nam cum aratori munus ||onus, al.|| aliquod imponitur, non hominis ..., sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat; Verr. III, 199.

fert, al.: quod si hoc munus et hoc vectigal aratio tolerare, hoc est, Sicilia ferre ac pati potest, populo Romano ferat potius quam nostris magistratibus; Verr. III, 201.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: conduco: is cum arationes magnas conductas haberet, quod homines etiam locupletes ... in Sicilia facere consueverunt, easque magna impensa magnoque instrumento tueretur, tanta ab isto inquitate oppressus est, ut non modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret; Verr. III, 53.

derelinquo: ut permulti locupletes homines ... agros latos ac fertilis desererent totasque arationes derelinquerent; Verr. III, 120.

desero: ut populo Romano nescio quid te praetore ad decumas accederet, deserendas arationes relinquendasque curasti; Verr. III, 43. quia desertas arationes, inanis agros perditamque provinciam [miseram] offendisti; ib. 124. dico agros relictos arationesque desertas esse; ib. 127. arationes omnis tota Sicilia desertas atque ab dominis relictas esse cognoscitis; ib. 228.

exinanio: cum senserit istum ... arationes et agros vectigalis vastasse atque exinanisse; Verr. III, 119.

fero: quoniam quidem hae quondam arationes Campana et Leontina in populi Romani patrimonio grandiferae et fructuosae ferebantur; Phil. II, 101.

habeo: cum eius uxor ... paternas arationes haberet in Leontino; Verr. III, 97. ſ. conduco.

offendo: ſ. desero; Verr. III, 124.

relinquo: quid facient ...? relinquent arationes? relinquent larem familiarem suum? Verr. III, 27. nec solum arationes, sed etiam sedis suas patrias istius iniuriis exagitati reliquerant; ib. 46. ſ. conduco. desero; Verr. III, 43. 228.

trado: orare coeperunt, ut sibi suas segetes fru-

ctusque omnis arationesque vacuas Apronio tradere liceret; Verr. III, 69.

tueor: ſ. conduco. — vasto: ſ. exinanio.

2. **mit Präpoſitionen:** consisto in: cum in arationibus et in earum rerum iure provincia Sicilia consistat; Verr. III, 48.

habeo in: populus Romanus ... putat se bonum in arationibus fructibusque suis habuisse custodem ac vilicum; Verr. III, 119.

tollo ex: sic Apronius decumanus non decumam debitam ..., sed tritici septem milia medimnum ex Nymphonis arationibus edicti poena, non redemptionis aliquo iure tollit; Verr. III, 54.

venio in: hominibus coactis in eorum arationes Apronius venit, omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit; Verr. III, 57.

III. **nach Subſtantiven:** 1. **Genetiv:** fructus: ut cum decumo fructus arationis perceptus sit; Verr. III, 114. ut esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur; ib. 118.

nomen: hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rem publicam fungi ac sustinere velitis; Verr. III, 199.

ratio, vis: ſ. I. debet.

2. **mit Präpoſition:** condicio in: de civium Romanorum condicione in arationibus disputo; Verr. III, 59.

arator, Pflanzer, Pächter: I. **abſolut:** 1. **Subject und Appoſition:** accipiunt: ſ. II, 3. facio gratum.

addit: nec nummorum accessionem cogebatur arator dare nec ternas quinquagesimas frumenti addere; Verr. III, 117.

adsequitur: hoc arator adsequi per triennium certe fructu suo non potuit, vendiderit instrumentum necesse est; Verr. III, 201.

agit: ageret videlicet causam arator: nihil sibi frumenti ab Apronio relictum, bona sua etiam direpta, se pulsatum verberatumque diceret; Verr. III, 31.

ambulat: iste pater familias Asiaticus beatus, novus arator et idem pecuarius, cum ambularet in agro, animadvertit in hac ipsa centuria Populiana aedificium; Tull. 19.

amittunt: quibus (aratoribus) aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis iugis remansisse, quod metuebant, si discessissent, ne reliquas fortunas omnis amitterent; quibus autem iste nihil reliqui quod perderent fecerat, eos plane non solum ex agris, verum ex civitatibus suis profugisse. illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnis erant, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset, se decumas lege Hieronica venditurum, et nisi ab eis hoc petivisset, ut sererent quam plurimum: quod illi semper sui causa fecerant, cum eos nemo rogaret, quam diu intellegebant sese sibi et populo Romano, non Verri et Apronio serere, impendere, laborare; Verr. III, 121.

animadvertit: ſ. ambulat.

arat: ut temporibus illis ... ager araretur omnis neque aratori praetor per litteras supplicaret neque eum praesens oraret, ut quam plurimum sereret; nunc autem ne post abitum quidem huius importunissimae pestis quisquam reperiretur qui sua voluntate araret, pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros atque ad suum Larem familiarem redirent; Verr. III, 125. Metellus ..., qui reliquos aratores conligit, quid adsequitur nisi hoc, ut arent, si qui possunt, quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit, qui tamen in agris spe atque exspectatione Metelli remanserunt; ib. 128. ſ. profitentur; Verr. III, 112. — II, 3. expedit.

arbitrantur: haec condicio fuit isto praetore aratorum, ut secum praeclare agi arbitrarentur, si vacuos agros Apronio tradere liceret; multas enim cruces propositas effugere cupiebant; Verr. III, 70.

circumveniunt: iam te non Siculi, non aratores, ut dictitas, circumveniunt; Verr. I, 93.

colunt: ſ. II, 3. expedit.

commovet se: ſ. II, 4. exigo ab; Verr. III, 34.

conducit: Nympho est Centuripinus, ... experientissimus [ac diligentissimus] arator: is cum arationes magnas conductas haberet, quod homines etiam locupletes, sicut ille est, in Sicilia facere consueverunt, easque magna impensa magnoque instrumento tueretur, tanta ab isto iniquitate oppressus est, ut non modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret Romamque ... veniret; Verr. III, 53.

conferunt: aratores tibi ad statuam honoris tui causa voluntate sua contulisse; Verr. II, 151. unum .. da mihi ex illis aratoribus, qui tibi ad statuas pecunias contulerunt, qui sibi dicat omne esse pro frumento, quod oportuerit, solutum: confirmo .. neminem esse dicturum; ib. III, 180.

conveniunt: aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, unum in locum convenerunt, hominem suae civitatis in primis honestum ... legarunt ad Apronium; Verr. III, 114.

cupiunt: aratores de eo bene existimare, amicos esse, salvum cupere! Verr. II, 151. ſ. arbitrantur. sunt adversarii; Verr. II, 149.

dat: quandam ex his statuam aratores dedisse; Verr. II, 150. quantum decumanus edidisset aratorem sibi decumae dare oportere, ut tantum arator decumano dare cogeretur. quo modo? quantum poposcerit Apronius, dato; ib. III, 25. reperietur aliqui fortis et experiens arator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, iudicio repetat et poenam octupli persequatur; ib. 28. quis arator te praetore decumam dedit? quis duas? quis non maximo se adfectum beneficio putavit, cum tribus decumis pro una defungeretur, praeter paucos, qui propter societatem furtorum [tuorum] nihil omnino dederunt? ib. 42. quid, si minus dedisset arator quam poposcisset Apronius? iudicium in aratorem in quadruplum; ib. 70. nummos dabat arator: quo modo? aut unde? qui si largissimus esse vellet, cumulatiore mensura uteretur; ib. 118. dum arator ne plus decuma det, expedit ei decumam esse quam maximam; ib. 147. aratores vi et metu coactos Apronio multo plus quam debuerint dedisse; ib. 153. permultos aratores in alteras decumas et in haec DCCC milia modium, quod emptum populo Romano darent, non habuisse et a tuo procuratore, hoc est ab Apronio, emisse; ib. 178. ita credo petisse ab isto aratores, ut, cum HS ternis tritici modium vendere non possent, pro singulis modiis ternos denarios dare liceret; ib. 191. cogantur etiam nummi ab aratore? quo more ‖ quo modo ‖? quo iure? quo exemplo? nam cum fructus diripiebantur aratorum atque omni lacerabantur iniuria, videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quaesisset, in quo elaborasset, quod agri segetesque extulissent; quibus iniuriis gravissimis tamen illud erat miserum solacium, quod id perdere videbatur, quod alio praetore eodem ex agro reparare posset: nummos vero ut det arator, quos non exarat, quos non aratro ac manu quaerit, boves et aratrum ipsum atque omne instrumentum vendat necesse est. non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis, habet [idem] in urbanis praediis; ib. 198. 199. cum aratores frumentum dare gratis mallent; ib. 215. num aut in vilitate nummum arator quisquam dedit aut in caritate de aestimatione frumenti questus est? ib. 216. ſ. addit. — II, 3. facio gratum. licet.

debet: non enim ita est ut, si magno venierint (decumae), plus arator debeat, si parvo, minus; Verr. III, 147. ſ. dat; Verr. III, 153. — II, 3. facio gratum. licet.

defetiscuntur: ut aratores cultu agrorum defessi urbis domiciliis uterentur; leg. agr. II, 88.

defungitur: ſ. dat; Verr. III, 42.

deligunt: ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus hominum honestissimorum et locupletissimorum, tris legatos ... delegerunt, ut ..; Verr. III, 108.

derelinquunt, deserunt: ut permulti locupletes homines, magni et navi aratores, agros latos ac fertilis desererent totasque arationes derelinquerent; Verr. III, 120.

dicit: ſ. agit. conferunt; Verr. III, 180. — discedunt: ſ. amittunt. — effugiunt: ſ. arbitrantur. — elaborat: ſ. dat; Verr. III, 198.

emunt: qui aratores ita vexavit, ut illi in alteras decumas ... triticum emere necessario propter inopiam cogerentur; Verr. III, 101. ſ. dat; Verr. III, 178.

exarat: ſ. dat; Verr. III, 199.

existimant: an hoc dicere audebis, utrum de te aratores ... bene existiment [aut quo modo existiment], ad rem id non pertinere? Verr. II, 167. ſ. cupiunt.

expetunt: atqui hoc scitote aratoribus Verre praetore optandum atque expetendum ‖ac petendum‖ fuisse; Verr. III, 200.

faciunt: quantam iniuriam fecerunt Verri aratores, ut eos etiam libertus et accensus eius tam irato animo ac litteris insequatur? Verr. III, 157. ſ. amittunt.

fraudat: quae lex omnibus custodiis subiectum aratorem decumano tradidit, ut neque in segetibus neque in areis neque in horreis neque in amovendo neque in deportando frumento grano uno posset arator sine maxima poena fraudare decumanum; Verr. III, 20.

fungitur: hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rem publicam fungi ac sustinere velitis; Verr. III, 199.

habet: nam aut publice civitates istos honores habent aut [si] generatim homines ut aratores, ut mercatores, ut navicularii; Verr. II, 137. ut ex area nisi pactus esset arator ne tolleret, ut ante Kalend. Sext. decumas deportatas haberet; ib. III, 51. quid aut quantum praeterea est quod aut liberum possit habere ille arator ac dominus in potestate suorum fructuum aut in ipsis fructibus solutum? ib. 227. ſ. conducit. dat; Verr. III, 178. — II, 2. interest.

impendunt: ſ. amittunt.

inquit: „sperabam“ inquit arator „me ad denarios perventurum“; Verr. III, 196.

intellegunt, laborant: ſ. amittunt. — legant: ſ. conveniunt. — malunt: ſ. dat; Verr. III, 215. — metuunt: ſ. amittunt. — non volt: ſ. II, 1. reperio. — optant: ſ. expetunt. — paciscitur: ſ. habet; Verr. III, 51.

pendet: tam diu pependit in arbore ... colonus aratorque vester, quam diu voluntas Apronii tulit; Verr. III, 57.

perdit: ſ. amittunt. dat; Verr. III, 198. 199.

persequitur: iudicio ut arator decumanum persequatur? Verr. III, 26. ſ. dat; Verr. III, 28.

pervenit: ſ. inquit. — petunt: ſ. dat; Verr. III, 191.

postulat: quid tandem postulat arator? nihil nisi ex edicto iudicium in octuplum; Verr. III, 28.

potest: nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam sibi factam queri posset; Verr. III, 29. etiamne (dandum erat), si plus edidisset quam quantum natum esset? etiam ... at arator repetere poterat. poterat vero Artemidoro recuperatore; ib. 70. ſ. adsequitur. arat; Verr. III, 128. dat; Verr. III, 191. 199. fraudat. habet; Verr. III, 227.

profitentur: quod edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur; Verr. III, 38. iugera professi sunt omnes aratores imperio atque instituto tuo: non opinor quemquam minus esse professum quam quantum arasset, cum ..; ib. 112. recita tandem quot acceperit aratores agri Leontini Verres. LXXXIIII. quot anno tertio profiteantur. XXXII. duo et quinquaginta aratores ita video deiectos, ut eis ne vicarii quidem successerint; ib. 120.

profugiunt: cum iam privatim aratores ex agris spoliati atque exagitati decumanorum iniuriis profugissent; Verr. III, 75. quid ille maximus numerus aratorum, qui non modo ex agris eiecti sunt, sed etiam ex civitatibus suis, ex provincia, denique bonis fortunisque omnibus ereptis profugerunt? qua ratione ei revocabuntur? ib. 128. ſ. amittunt. conducit.

promittit: statuit iste, ut arator decumano quo vellet decumanus vadimonium promitteret, ut hic quoque Apronio ... ex miseris aratoribus calumniandi quaestus accederet; Verr. III, 38. is ab isto litteras adfert, ut sibi contra omnia senatus consulta ... extra forum vadimonium promittant aratores; ib. 92.

putat: ſ. dat; Verr. III, 42. — quaerit: ſ. dat; Verr. III, 198.

queritur: omnibus .. locis aratores spoliati ac vexati querebantur, neque tamen ullum iudicium reperietur; Verr. III, 29. querebantur cum luctu et gemitu aratores: tu id nesciebas? ib. 132. alios .. decumas ... pluris etiam quam te vendidisse, nec aratorem quemquam esse questum; nec enim fuit quod quisquam queri posset, cum ..; ib. 147. de quo quis umquam arator questus est? ib. 216. ſ. dat; Verr. III, 216. potest; Verr. III, 29.

redeunt: ſ. arat; Verr. III, 125.

relinquit: ſ. conducit. — remanent: ſ. amittunt. arat; Verr. III, 128. — reparat: ſ. dat; Verr. III, 199.

repetit: utrum est aequius decumanum petere an aratorem repetere? Verr. III, 27. ſ. dat; ib. 28. potest; ib. 70.

revertuntur: neque quicquam aliud agitur hoc iudicio nisi uti antiquissimi socii et fidelissimi ‖fidelissimique‖ [Siculi] coloni populi Romani atque aratores ... in agros atque in sedis suas revertantur; Verr. III, 228.

serunt: UT ARATORES, QUI RELIQUI ERANT, QUAM PLURIMUM SERERENT; Verr. III, 124. ſ. amittunt. arat; Verr. III, 125.

solent: cum in eius conviviis symphonia caneret ..., retineri solitos esse aratores, atque ab eis non modo per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimi frumenti quantum Apronius imperasset; Verr. III, 105.

sperat: ſ. inquit.

statuunt: aratores ei statuam sua voluntate statuisse; Verr. II, 151.

sudant: PAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORUM: IPSI SUDABUNT, SI DI VOLUNT; Verr. III, 157.

sunt, est: quot aratores adveniente te fuerunt agri Mutycensis? videamus ex litteris publicis. CLXXXVII. quid? anno tertio? LXXXVI. centum et unum aratores unus ager istius iniuria desiderat; Verr. III, 120. ſ. II, 1. reperio. — in: hic delectus, hoc discrimen te praetore fuit, ut aratores in servorum numero essent, servi in publicanorum; ib. 87. — amici: ſ. cupiunt. — adversarii, inimici, irati: ergo aratores inimici omnes et adversarii sunt; nemo eorum est qui non perisse te cupiat; Verr. II, 149. non enim poteris aratores tibi iratos esse atque inimicos dicere; ib. 151. „aratores inimici sunt propter decumas“; ib. 166. — largissimus: ſ. dat; Verr. III, 118. — (numerus: ſ. conveniunt. deligunt. —) reliqui: ſ. arat; Verr. III, 125. serunt. — II, 1. appello.

sustinet: ſ. fungitur. — tollit: ſ. habet; Verr. III, 51. — tradunt: ſ. arbitrantur. — tuetur: ſ. conducit. — vendit: ſ. adsequitur. dat; Verr. III, 191. 199. — venit: ſ. conducit. — IV, 1. genus; Verr. II, 149. — videtur: ſ. dat; Verr. III, 198. 199.

volt: arator enim tuos istos recuperatores numquam volet; Verr. III, 35. ſ. dat; Verr. III, 118. utitur: ſ. dat; Verr. III, 118. defetiscuntur.

2. **Prädicat:** sum: „inimicus est propterea, quod arator est"; Verr. II, 149. postulo, ut mihi respondeat qui sit iste Verrucius, mercator an negotiator an arator an pecuarius; ib. 188. (Apollonidenses) homines sunt tota ‖ex‖ Asia frugalissimi ..., patres familias suo contenti, aratores, rusticani; Flacc. 71.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** accipio: ſ. I, 1. profitentur; Verr. III, 120. — adficio: ſ. I, 1. dat; Verr. III, 42.

adfligo: aratores funditus evertebantur, et eo magis, quod iam superioribus annis adflicti erant ac paene perditi; Verr. III, 77.

appello: non vides, cum is, qui tibi successit, aratores reliquos appellet, hoc eum diserte scribere, reliquos hos esse, non ex bello ..., sed ex tuo scelere? Verr. III, 126.

cogo: ſ. I, 1. addit dat; Verr. III, 25. 153. emunt. — II, 3. facio gratum.

confirmo: „NISI PRAESENS CONFIRMASSEM". ne id quidem satis est: „RELIQUOS inquit ARATORES; Verr. III, 126. dico aratores istius avaritia ciectos: scribit Metellus reliquos ab se esse confirmatos; ib. 127.

conligo: ut is, qui tibi successerit, reliquos aratores conlegisse et recreasse videatur; Verr. III, 124. tum, qui M. Laevino aut ... M.' Aquilio praetores in eam provinciam successerant, aratores reliquos non conligebant; ib. 125. ſ. I, 1. arat; Verr. III, 128.

contemno: eripiunt enim tibi istam orationem contemnendorum Siculorum atque aratorum statuae illae equestres; Verr. II, 167.

deicio: ſ. I, 1. profitentur; Verr. III, 120.

desidero: ſ. I, 1. sunt; Verr. III, 120.

diripio: hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc est, cum Apronio permisisses, ut ..; Verr. III, 82. ut ... paterere .. aratores indignissimis iniuriis vexari ac diripi; ib. 52.

icio: eiectos aratores esse dico; Verr. III, 122. ſ. confirmo; Verr. III. 127. habeo. — I, 1. profugiunt; Verr. III, 128.

eludo: hic Venerius quem ad modum aratores eluserit ex una pactione hominis honesti gratiosique cognoscite; Verr. III, 92.

everto: labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat; Verr. III, 47. eversis funditus aratoribus, relictis agris; ib. 48. in hoc genere nunc .. versor, non in quo singillatim aratores eversi bonis omnibus sint, sed quae publice decumanis lucra data sint, ut aliquando ex eorum agris atque urbibus ... decederent; ib. 100. INCULCATUM EST METELLO ... TE ARATORES EVERTISSE. quis istuc Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem everterat? ib. 156. haec deerat iniuria et haec calamitas aratoribus te praetore, qua reliquis fortunis omnibus everterentur; ib. 198. hoc eis ... indignissimum videbatur, qua in re senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterque aestimasset, in ea re praedari praetorem, bonis everti aratores; ib. 204. eadem aestimatione alter sublevarat aratores, alter everterat; ib. 215. ſ. adfligo.

exagito: ſ. I, 1. profugiunt; Verr. III, 75.

expello: expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris; leg. agr. II, 89.

facio: en cur magister eius ex oratore arator factus sit; Phil. III, 22.

habeo: ager Herbitensis primo anno habuit aratores CCLII, tertio CXX: hinc CXXXII patres familias extorres profugerunt. Agyrinensis ager ... CCL aratores habuit primo anno praeturae tuae. quid? tertio anno? LXXX, quem ad modum legatos Agyrinensis recitare ex litteris publicis audistis. pro di immortales! si ex provincia tota CLXX eiecisses, possesne severis iudicibus salvus esse? Verr. III, 120. 121.

insequor: ſ. I, 1. faciunt. — labefacto: ſ. everto; Verr. III, 47. — opprimo: ſ. I, 1. conducit. — oro: ſ. I, 1. arat; Verr. III, 125. — perdo: ſ. adfligo. — pulso: ſ. I, 1. agit. — recreo: ſ. conligo; Verr. III, 124.

relinquo: ut ... non laboraret, si aratorem in Sicilia nullum omnino esset relicturus; Verr. III, 104. ſ. I, 1. amittunt.

reperio: unum mihi reperi non populum, sed aratorem; vide ..., si quis est forte ex ea provincia ... qui te nolit perisse; Verr. III, 180. ſ. I, 1. arat; Verr. III, 125. dat; Verr. III, 28.

respicio: illud, ubi caves tamen Siculis et miseros respicis aratores; Verr. III, 26.

retineo: ſ. I, 1. solent. — revoco: ſ. I, 1. profugiunt; Verr. III, 128. — rogo: ſ. I, 1. amittunt. — spolio: ſ. I, 1. profugiunt; Verr. III, 75. queritur; Verr. III, 29. — subicio: ſ. I, 1. fraudat. — sublevo: ſ. everto; Verr. III, 215. — trado: ſ. I. 1. fraudat. — verbero: ſ. I, 1. agit. — vexo: ſ. diripio; Verr. III, 52. I, 1. emunt. queritur; Verr. III, 29.

2. **Genetiv:** interest: neque illud umquam aratoris interfuit quanti decumae venirent; Verr. III. 147. aratoris autem interest ita se frumenta habere, ut decumae quam plurimo venire possint; ib.

3. **Dativ:** desum: ſ. I, 1. everto; Verr. III, 198.

do: tantum modo aratoribus Metellus obsides non dedit, se non ulla in re Verris ‖Verri‖ similem futurum; Verr. III, 124

eripio: innumerabilem frumenti numerum per triennium aversum a re publica esse ereptumque aratoribus; Verr. III, 163.

est expetendum, optandum: ſ. I. expetunt.

expedit: ut et populo Romano satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur et aratoribus tamen arare atque agros colere expediret; Verr. III, 43. ſ. I, 1. dat; Verr. III, 147.

facio gratum: cum, si solveres Siculis tantum, quantum populus Romanus iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset, tu non modo eos accipere quod oportebat noluisti, sed etiam dare quod non debebant coëgisti; Verr. III, 174. — iniuriam: ſ. I, 1. potest; Verr. III, 29. — potestatem: si .. ex omni copia conventus Syracusani ... faceres potestatem aratori non modo reiciendi, sed etiam sumendi recuperatores; ib. 32. — reliquum: erit quisquam tam stultus ... qui aratori novem partis reliquas factas esse existimet? ib. 70. qui ... re et condicione et lege et edicto et licentia decumanorum decumas aratoribus nullas reliquas fecerit; ib. 147. ex quo intellegi potest nihil te aratoribus reliqui fecisse; ib. 178. ſ. I, 1. amittunt. arat; Verr. III, 128.

faveo: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium; Verr. III, 28.

impono: datam (pecuniam), ut Siculis, ut ‖Siculis‖ aratoribus, quibus tanta onera res publica imponeret, solveretur; Verr. III, 164. nam cum aratori munus ‖ius, onus, al.‖ aliquod imponitur, non hominis, si quae sunt praeterea facultates, sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est; ib. 199.

licet: si aratoribus id, quod deberent, licitum esset et non quod Apronius imperasset necesse fuisset dare; Verr. III, 113.

oppono: cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur, cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent; Verr. III, 131.

persolvo: cum .. senatus ex aerario ... singulos tibi denarios adnumerasset, quos tu pro

singulis modiis aratoribus persolveres; Verr. III, 195.

relinquo, remitto: plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse, si cui quid autem aut relictum aut remissum sit, id fuisse tantum, quantum ex eo, quo istius avaritia contenta fuit, redundarit; Verr. III, 103. ſ. I, 1. agit.

solvo: senatus ... ita decernit, ut pro bis (alteris) decumis pecunia solvatur aratoribus; Verr. III, 42. ita in frumentum imperatum HS duodetriciens in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solveret; ib. 163. ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant; ib. 181. sin autem et populus Romanus voluit et aequum est ita solvi aratoribus, tuus apparitor ... de aratorum bonis praedabitur? ib. 182. ſ. impono; Verr. III, 164. I, 1. conferunt; Verr. III, 180.

succedo: ſ. I, 1. profitentur; Verr. III, 120. — supersum: ſ. relinquo. — supplico: ſ. I, 1. arat; Verr. III, 125.

4. **mit Präpoſitionen**: accedo ex: ſ. I, 1. promittit; Verr. III, 38.

aestimo cum: *hordei* iste numero ad summam tritici adiecto tritici modios singulos cum aratoribus ternis denariis aestimavit; Verr. III, 188. multos saepe viros bonos ... cum aratoribus et cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, aestimasse; ib. ſ. 1. everto; Verr. III, 204.

ago cum: ſ. 1. everto; Verr. III, 204. — I, 1. arbitrantur.

amando ad: amandat hominem ... ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos, summos aratores; Verr. V, 70.

audio de: dic ... clarius, ut populus Romanus de suis vectigalibus, de suis aratoribus ... audiat; Verr. III, 106.

b. **perſönlich**: alqs: α. ohne Verbindung: verum tamen petat: audiamus; Quinct. 42. „istum exheredare in animo habebat.“ audio. nunc dicis aliquid quod ad rem pertineat; Sex. Rosc. 52. „ne exheredaretur veritus est.“ „audio, sed qua de causa vereri debuerit nemo dicit“; ib. 58. nam si per eos statuae fiebant, a quibus tibi iste honos habebatur, audio; Verr. II, 144. tu primus contra vendideras. audio; ib. 147. negabant illi quicquam sibi esse mandatum. „non audio: numerate HS XII;“ ib. III, 79. Panhormum igitur (amandat hominem)? audio; ib. V, 69. Albanus ager est, Setinus ..., Ancerranus ‖Casilinas‖. audio; leg. agr. II, 66. QUAE DATA, ... VENDITA. patior; audio. quid deinde? ib. III, 11. „in manum“ inquit „convenerat.“ nunc audio; Flacc. 84. ſ. *γ*. Planc. 57. vgl. III. alqd; Rab. Post. 12. — *β*. im ablat. absol.: testatur isto audiente se ... id primum petere, ne ..; Quinct. 66. C. Verrem in Sicilia multis audientibus saepe dixisse ..; Verr. a. pr. 40. tum ille clare omnibus audientibus se id non esse facturum; ib. II, 94. tum iste clare omnibus audientibus „qui damnatus erit“ inquit „virgis ad necem caedetur“; ib. III, 69. cum palam Syracusis te audiente ... L. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessivit; ib. 132. quod omnibus audientibus dixisti palam ..; ib. V, 169. quas litteras A. Aurius ... palam, multis audientibus ... recitat; Cluent. 28. ea dicam vobis audientibus; Muren. 43. quorum alter me Catilinam, amatorem suum, multis audientibus, ... reposcebat; sen. 10. dicam ipso audiente, quod sensi et sentio, quoquo animo ‖modo, al.‖ auditurus est; dom. 25. mihi ... his audientibus civicam coronam deberi a re publica dixit; Piso 6. quod iam de eo his audientibus saepe dixi; ib. 79. haec tu mecum saepe his absentibus, sed isdem audientibus haec ego tecum; Milo 99. hanc enim ... causam si in foro dicerem eodem audiente et disceptante te ..; Deiot. 6. at ille vobis audientibus cum fabris se domum meam venturum esse dixit; Phil. I, 12. quam (sententiam) cum hic vobis audientibus dixero ..; ib. XII, 28. — *γ*. in andern Verbindungen: cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret; Quinct. 39. ubi aut unde audivit Glaucia? qui tam cito scivit? fac audisse statim; Sex. Rosc. 97. ut ... ea aeque acerba ... videantur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt; div. Caec. 38. opinor cum haec fierent, tum vos audiretis, sicut audistis; Verr. I, 29. ne gratis in provincia male audires; ib. 118. ostendit enim novo modo, si quis quid de absente peteret, se auditurum; ib. II, 59. cum hoc consilio statuas Centuripini publice sustulissent, audit Metellus; ib. 162. tum iste magna voce Veneriis imperat, ut Xeno audiret: ... hominem adservent; ib. III, 55. non me hercule haec ... crederem .., tametsi volgo audieram, nisi ..; ib. 62. non perquiris, cui dixerit Apronius, quis audierit, unde hoc natum ... sit? ib. 133. quod illorum culpa se minus commode audire arbitrarentur; ib. 134. manifesta res est; nemo est quin audisse se liquido diceret; ib. 136. exspectant ei, qui audiunt, exempla ex vetere memoria; ib. 209. sic a Centuripinis, sic a ceteris audiebam; ib. IV, 29. quod cum illis ... qui audiebant, incredibile videretur ..; ib. 85. quid eos loqui, qui videbant, quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabare? ib. V, 46. nemo Lilybaei fuit quin viderit, nemo in Sicilia quin audierit; ib. 140. conclamato, ut aliqui audiant et conveniant; Tull. 50. volt enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, ut ..; Font. 20. nullam (actionem) esse dices? audire cupio; Caecin. 33. vos attenditis et auditis silentio, sicut facere debetis; Cluent. 156. audite ‖,audite‖ vos, qui ... exercitus habuistis et bella gessistis; leg. agr. I, 12. qui ... omnia ante commutarent quam nos audire possemus; ib. II, 90. suamne dicant (pecuniam) ...? cupio audire. „non“ inquit „dicimus;“ Flacc. 55. quis umquam audivit, cum ego de me nisi coactus ... dicerem? dom. 93. quamquam quis audiret ‖auderet‖, si maxime queri vellent? Sest. 64. nec ab utilitate eorum, qui audient, ... abhorrebit oratio mea; ib. 96. audistis, cum pro

se diceret; audistis antea, cum accusaret; Cael. 45. si nunc apud nos id, quod is fecisset, contra foedus factum diceretur, quis audiret? Balb. 16. illi libenter audirent, nos non timide confiteremur; Planc. 44. si ... quid erit eius modi, ut non exstet auctor, qui *autem* audierit .. ita neglegens vobis esse videbitur, ut unde audierit oblitus sit ..., huius illa vox volgaris, „audivi," ne quid innocenti reo noceat, oramus; ib. 57. audi, audi atque attende, Laterensis! ib. 98. oppugnata domus Caesaris ... nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat; tamen audiebatur; Milo 66. ait nescio quem ex eo numero servum iudicatum. non arbitror, non audivi; Deiot. 24. quae potest esse turpitudinis tantae defensio? cupio audire; Phil. II, 84. legatos decernis? ... si, ut imperes, non audiet; ib. V, 25. filius, ut et audio et spero, natus ad laudem; ib. X, 4. si iacens vobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: quamquam — sed hoc malo dicere, audirem; ib. XII, 4. non audivit, non respondit; ib. XIII, 21. ſ. *β*. dom. 25. untreu de; Cluent. 29. — de: ut ... iam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis; Quinct. 35. tum alias quoque suas palmas cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur; Sex. Rosc. 84. quo quam minime multi ex illis de istius nefario scelere audire possent; Verr. I, 75. iudicium latrociniorum suorum, de quo non audire aliquando, sed videre cotidie possemus; ib. 130. Callidamam Agathini [..] filiam, de qua iste audierat; ib. II, 89. quis enim est qui de hac officina, qui de vasis aureis, qui de istius pallio [pullo] non audierit? ib. IV, 55. quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus eis de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam iudicandum? vos (,iudices,) auditis de eo, in quem iudices non estis, de eo, quem non videtis, de eo, quem odisse iam non potestis, de eo, qui et naturae et legibus satis fecit ...; auditis non ab inimico, auditis sine testibus, auditis, cum ea, quae copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur: illi audiebant de eo, de quo iurati sententias ferre debebant, de eo, cuius praesentis nefarium ... voltum intuebantur, de eo, quem omnes oderant propter audaciam, de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant; audiebant ab accusatoribus, audiebant verba multorum testium, audiebant, cum una quaque de re a P. Cannutio ... graviter et diu diceretur; Cluent. 29. cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota contione audietis; har. resp. 8. si vitant, fugiunt, audire de te nolunt; Vatin. 39. qui ante quam de meo adventu audire potuissent ..; Planc. 98. qui Clodium negant eo die Romam, nisi de Cyro audisset, fuisse rediturum; Milo 47. nec quid tibi de alio audienti de se ipso occurrat reformidat; Ligar. 6. — ex: ut ex his propinquis eius, hominibus honestissimis, audio; Sex. Rosc. 49. recita testimonium T. Manilii et C. Luscii Ocreae ..., qui ex Cluvio audierunt; Qu. Rosc. 43. qui cum sciret me ex Mustio vivo audisse ..; Verr. I, 139. at ex bono viro, credo, audieras et bono auctore. qui id potes, qui ne ex viro quidem audire potueris? audisti igitur ex muliere; ib. IV, 102. ut potes ex multis audire, qui tum adfuerunt; Planc. 89. ſ. de; Verr. I, 75.

adulescens: nonne audiente hoc Servio Sulpicio, clarissimo viro, ... et hoc Tito Torquato, optimo adulescente, se a te corruptum ... esse confessus est? Deiot. 32.

cives: „adeste, quaeso, atque audite, cives: P. Clodium interfeci"; Milo 77.

contio: qui ... clara voce, ut omnis contio audire posset, dixit se scire illum ... peierasse; Cluent. 134.

homines: ſ. III. hominem; Verr. IV, 70.

Italia: cum quidem ipse egit ornatissime meam causam perfecitque astante atque audiente Italia tota, ut ..; sen. 26.

iudices: hic nunc de miseria Siculorum, iudices, audite; Verr. II, 62. nunc reliquum, iudices, attendite, de quo et vos audistis et populus Romanus non nunc primum audiet; ib. IV, 64. audite, ut vestra humanitas postulat, iudices; audietis enim de magnis incommodis iniuriisque sociorum; ib. V, 111. illa me res tamen, iudices, consolatur, quod vos de criminibus sic audire consuestis, ut ..; Cluent. 3. submissa voce agam, tantum ut iudices audiant; Flacc. 66. nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus audiendum sibi de ambitu putavit; ib. 98. quid quaeritis, iudices? ignoscebam vobis attente audientibus, propterea quod ..; Cael. 25. ſ. alqs, *y*, de; Cluent. 29.

mater: mater, inquam, appellabitur, neque umquam illa ita de suo scelere et immanitate audiet, ut naturae nomen amittat; Cluent. 12.

patres: equidem dicam ex animo, patres conscripti, quod sentio et quod vobis audientibus saepe iam dixi; Piso 81. at quanta merces rhetori data est! audite, audite, patres conscripti, et cognoscite rei publicae volnera! Phil. II, 43.

patruus: impudentiorne, qui in senatu ..., an impurior, qui patruo ‖patre‖ audiente, an crudelior, qui in illam miseram ... tam impie dixeris? Phil. II, 99.

populus: dic, quaeso, clarius, ut populus Romanus de suis vectigalibus, de suis aratoribus, de suis sociis atque amicis audiat; Verr. III, 106. cum mihi uni in hac re publica, audiente populo Romano, opera mea hanc urbem ... esse salvam iurato dicere fas fuisset; dom. 94. cum hunc clarissimum virum ... audiente populo Romano a pedisequis conculcari iuberes; ib. 110. nonne audiente populo sedens pro aede Castoris dixit, nisi qui vicisset, victurum neminem? Phil. III, 27. qui pro aede Castoris sedens audiente populo Romano dixerit nisi victorem victurum neminem; ib. V, 21. ſ. iudices; Verr. IV, 64.

senatus: qui consul incipientem furere ... sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit; Cael. 60.

tribuni: „at enim tribuni plebis ne audierunt quidem"; Quinct. 65.

vicinus: vicinum eius mulieris miraris male audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Cael. 38.

vir: multos ex te viros primarios audisse, cum diceres ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris; Verr. I, 157. ecquando his de rebus talis viros audituros existimasti? ib. II, 43. hac actione quam voletis multi dicent, et qui ex isto ipso audierunt viri primarii nostri ordinis et alii qui interfuerunt, cum ..; ib. 102. cum sororis suae .. virum praesentem et audientem vita privandum esse dixit; Catil. IV, 13. adest vir summa auctoritate ..., M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non audisse, sed vidisse ... dicit; Arch. 8. ſ. adulescens.

II. **mit Ergänzungsſatz**: 1. **indirecte Frage**: quid hic pro se dici velit et qua condicione contentus sit iam in extrema oratione nostra, iudices, audietis; Sex. Rosc. 129. qui praetereuntes quid praeco enumeraret ‖enum numerare, al.‖ audiebant; ib. 133. verum ista damnatio tamen cuius modi fuerit audite, quaeso, iudices; Verr. I, 72. audistis quanti decumas acceperit a Docimo civitas; ib. III, 88. credo qui (pueri) audissent quae in istum testimonia essent dicta; ib. IV, 33. ubi audisset (rex) unde essent, statim ..; ib. 103. nemo fere vestrum est quin quem ad modum captae sint a M. Marcello Syracusae saepe audierit; ib. 116. initium quod huic cum matre fuerit simultatis audistis; Cluent. 17. tamen auditis profecto quam graves eorum adventus sociis nostris esse soleant; leg. agr. I, 8. tum denique, quid Tmolitae et Lorymeni de L. Flacco existiment audiemus; Flacc. 5. (3. 27). audio quibus dis violatis expiatio debeatur; har.

resp. 21. quae tum significatio fuerit omnium ... equidem audiebam: existimare facilius possunt, qui adfuerunt; Sest. 122. ut aliquando audiamus quam copiose mihi ad rogata respondeas; Vatin. 40. *audistis, iudices, quantum Clodii interfuerit* occidi Milonem; Milo 34. quis tuum patrem antea, quis esset, quam cuius gener esset, audivit? Deiot. 30. audita vobis esse arbitror, Quirites, quae sint acta in senatu; Phil. VI, 1. quo consilio redierim initio audistis, post estis experti; ib. X, 8. cum miser ille prius latronum gladios videret, quam quae res esset audisset; ib. XI, 7. de uno quoque nostrum ... sciscitantur omnes, avent audire quid quisque senserit; ib. XIV, 19. — de: volo audire de te quo tandem senatus consulto legatus sis? Vatin. 35. vgl. III. alqd de; Vatin. 37. — ex: qua re negent ex me non audies; div. Caec. 28. qui quem ad modum essent accepti, iudices, audistis ex ipsis; Verr. III, 59. quid nos opinemur audietis ex iuratis; Cael. 4. quid aut hic aut ... frater eius de M. Caelio existimet ex ipsis, si producti erunt, audietis; ib. 24

2. **accus. c. infin.:** quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce praedia possidere audio; Sex. Rosc. 17. si, quem ad modum paratum esse audio, testis prodierit; ib. 84. audio praeterea non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri; ib. 100. cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus; ib. 154. atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio ..., domum ad illum ut venirent; Verr. a. pr. 25. se iam tum audisse eos nummos sumi, ut Verri darentur; ib. I, 28. Athenis audistis ex aede Minervae grande auri pondus ablatum; ib. 45. quorum omnium hunc sermonem tum esse audiebamus: nihil esse ..; ib. 59. audimus aliquem numquam tabulas ‖tab. numq.‖ confecisse; ... audimus alium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse; ib. 60. audistis quaestoriam rationem tribus versiculis relatam; ib. 98. audit pupillum esse filium; ib. 131. nam quod fortasse non nemo vestrum audierit, istum a Syracusanis publice laudari, id ..; ib. II, 15. audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem; ib. 21. ecquem vidistis, ecquem audistis in tantis furtis ... esse versatum? ib. III, 64. cum audierit eas res, quibus fundi fructus et cultura continetur, amotas et venditas; ib. 119. populus Romanus, cum audit pluris decumas vendidisse C. Verrem quam innocentissimum hominem ..; ib. quem ad modum legatos Agyrinensis recitare ex litteris publicis audistis; ib. 120. cum audisset tantum decumanum professum esse ex edicto istius sibi deberi, quantum ..; ib. 129. nemo erat Sicilia tota ... quin audisset id Apronium dictitasse; ib. 136. ut ei, quos innocentissimos meminimus aut audivimus, non fecerint; ib. 190. quem iste et audierat multa secum praeclara habere et suspicabatur; ib. IV, 62. cum audissent simulacrum Iovis Optimi Maximi dedicatum; ib. 64. cum audirent a praetore populi Romani in provincia violatum regem; ib. 68. sin hoc vos in ... iniuria tam acerba neglexisse audient ..; ib. Tyndaritani statuam istius ... deturbarunt, simul ac successum isti audierunt; ib. 90. urbem Syracusas maximam esse Graecarum ... saepe audistis; ib. 117. quem cum audisset interfectum, permoleste tulisse; ib. 131. cum audissent ei negotium facessitum ..; ib. 142. quis eum percuisset; cum audisset pastorem cuiusdam fuisse ..; ib. V, 7. praeclarum recitari consilium, iudices audistis; ib. 54. qui videlicet saepe audissent nihil esse pulchrius quam Syracusarum moenia ac portus; ib. 95. iam hoc quis tum fuit Syracusis quin audierit, quin sciat, has Timarchidi pactiones sepulturae ... esse factas? ib. 120. si ... saepe clamore ipso militum ... magnas copias pulsas esse et vidimus et audivimus ..; Caecin. 43. ut vos ... nunc nullam intra Oceani ostium praedonum navem esse audiatis; imp. Pomp. 33. illa cum uno tempore audisset sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus ereptum ..; Cluent. 28. innocentem reum condemnatum audiebant; ib. 78. quo tempore eam (mulierem) primum liberam esse audivit, sine iudicio reddidit Ceio; ib. 162. audistis auctionem populi Romani proscriptam a tribuno plebis; leg. agr. I, 4. audivit hanc rem non a me, sed ab aliis agitari saepe in senatu; ib. II, 58. quem agrum ... qui ea iter ‖quem pariter qui, quem per iter qui, al.‖ faciunt [externi homines] vestrum esse audiunt, is ..; ib. 81. ut L. Catilinam ... in armis volitare audiatis; sed triduo tamen audietis; Catil. II, 15. si quem vestrum forte commovet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas ..; ib. IV, 17. ac primo quidem pertimuit, cum te audisset servos suos esse censum; Flacc. 80. maximas audio tibi, L. Lucullo, ... venisse hereditates; ib. 85. qui vitam hominum ... non nossent ac tantum audivissent eos pari calamitate esse ..; Sulla 36. cum sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret; Quir. 20. audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostis ... pro salute exercitus iniecisse; dom. 64. quem umquam audisti maiorum tuorum ..., cum sacrificium Bonae deae fieret, interfuisse? ib. 105. postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi; ib. 121. nulla *lata* lege concitatam ‖concitata, al.‖ nocturnam seditionem quis audivit? Sest. 77. num quem ex omnibus tribunis plebis ... tam audacem audieris fuisse, ut ..? Vatin. 18. quod imagines patris et fratris sui fratrisque filiam non in familia, sed in carcere conlocatam audire maluit quam videre; ib. 28. idem cum audiat esse legem quae de seditiosis ... civibus ... cotidie quaeri iubeat ..; Cael. 1. cum audiat nullum facinus ... in iudicium vocari, sed ..; ib. equidem multos et vidi in hac civitate et audivi ... emersisse aliquando et se ad frugem bonam ... recepisse; ib. 28. non patrem tuum videras, non patruum, avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? ib. 33. qui tantum facinus in famam atque fortunas suas neque non audisset inlatum a Caelio neque neglexisset; ib. 54. ut ..., periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas audiamus; prov. cons. 19. qui fecit quod C. Marium fecisse audierat, fecit quod P. Crassum ... facere viderat; Balb. 51. ut hominem sibi carissimum ... ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat; ib. 64. admissarius iste, simul audivit voluptatem a philosopho tanto opere laudari ..; Piso 69. cum autem audirem meos partim inimicos, partim invidos huic accusationi esse fautores ..; Planc. 1. simul ac me Dyrrachium attigisse audivit ..; ib. 98. quas (insidias) mihi paratas ab exsulibus coniuratis audierat; ib. 100. cum audisset Arinem cum illa sua metus et fugae simulatione Romam se contulisse ..; Scaur. 9. pueris nobis audisse videor L. Aelium ‖Laelium‖ ... nomen Q. Muttonis ... detulisse; ib. 23. amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit ..; Rab. Post. 44. quod saepe audivi patri tuo Curtio ‖tuo cui id‖ magno adiumento in iudicio capitis fuisse ‖fuisset‖; ib. 47. si haec non gesta audiretis, sed picta videretis, tamen ..; Milo 54. cum aliquid clementer ... factum ... audimus aut legimus ..; Marcell. 9. bellum subito exarsit, quod qui erant in Africa ante audierunt geri quam parari: quo audito ... quaerebant aliquem ducem; Ligar. 8. cum audiret senatus consentientis auctoritate arma sumpta ..; Deiot. 11. ut audivit consules ex Italia profugisse; ib. sed eum iracundum audio esse factum; Phil. I, 27. etenim quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est? ib. II, 57. audiebam equidem te paratum venisse; ib. 88. quis vero audivit umquam ... de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? ib. 104.

sic Antonii nefarium latrocinium ... brevi tempore oppressum audietis; ib. IV, 15. cum audierit Antonius, me hoc et in senatu et in contione confirmasse ..; ib. VI, 9. audisse enim vos arbitror, Quirites, quod etiam videre potuistis, cotidie sponsores et creditores L. Trebellii convenire; ib. 11. non intellegitis, non auditis meam sententiam flagitari? ib. VII, 14. ante provinciam sibi decretam audiet quam potuerit tempus ei rei datum suspicari; ib. XI, 24. quod domum Antonii adflictam maestitia audiebam, lamentari uxorem; ib. XII, 2. quibus (cohortationibus) a te excitatus senatus, inflammatus populus Romanus non solum audivit, sed etiam didicit nihil esse homini Romano foedius servitute? ib. 15. vos fortasse consumptum istum cruciatu aut demersum fluctibus audire malletis; Fr. A. V, 2. vgl. III. alqm; Vatin. 30. alqd; Verr. III, 50. 184. IV, 32. V, 5. har. resp. 9. prov. cons. 5. Planc. 98. popam. — ex: quod sciret, quod ex ipso rege audisset in Capitolio esse ponendum ..; Verr. IV, 66. audieram ex sapientissimo homine atque optimo civi et viro, Q. Catulo, non saepe unum consulem improbum ... fuisse; sen. 9. audierat ex illo se a me bis salutem accepisse: dom. 134. ex vobis audio nemini civi ullam quo minus adesset satis iustam excusationem esse visam; Piso 36. cum ... Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent et re vera putarent ..; Milo 29. vos ex M. Favonio audistis Clodium sibi dixisse et audistis vivo Clodio periturum Milonem triduo; ib. 44. — dicere: hoc ego ... dicturum esse eum non arbitror; cum autem antea dixisse audio et causam ipsam considero, quid aliud dicere possit non reperio; Quinct. 63. at hoc ab accusatore ne dici quidem audistis; Sex. Rosc. 39. illud, quod te dicturum esse audio, quaestorem illius fuisse; div. Caec. 59. qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis; Verr. I, 52. non possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis; ib. 126. eius autem legationis principem ..., C. Heium, iuratum dicere audistis isti navem onerariam ... esse ... aedificatam; ib. II, 13. qua de re Cn. Lentulum ... dicere audistis Siculos ... de Sthenii calamitate questos esse; ib. 103. audistis ob ius dicendum Q. Varium dicere procuratores suos isti centum triginta milia nummum dedisse; ib. 119. pepercit homini amico et, quem ad modum ipsum dicere audivi, necessario; ib. III, 153. Phylarchum Centuripinum ... non hoc idem iuratum dicere audistis, sibi istum negotium dedisse atque imperasse, ut ..? ib. IV, 50. Cn. Lentulus Marcellinus dissuasit, sicut ipsum dicere audistis; ib. 53. de qua (trulla) satis credo idoneum, satis gravem testem, Q. Minucium, dicere audistis; ib. 62. audisti Q. Minucium dicere domi suae deversatum esse Antiochum regem Syracusis; ib. 70. audistis nuper dicere legatos Tyndaritanos ... Mercurium ... huius vi ... esse sublatum; ib. 84. erat hiems summa, tempestas, ut ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida; ib. 86. de qua (spoliatione fani) priore actione testis dicere audistis; ib. 102. audistis Theodorum et Numenium et Nicasionem, legatos Heunensis, publice dicere sese a suis civibus haec habere mandata, ut ..; ib. 113. audistis Centuripinos, Agyrinensis ... complurisque alios publice dicere, quae solitudo esset in agris; ib. 114. causam sibi dicendam esse statuerat iam ante, quam hoc usu venit, ita ut ipsum priore actione dicere audistis; ib. V, 101. ipsum dicere adulescentem audistis se ob hunc metum pecuniam Timarchidi numerasse; ib. 116. Onasum Segestanum ... dicere audistis se ob sepulturam Heraclii nauarchi pecuniam Timarchidi numerasse; ib. 120. tum illa fiebant, quae L. Suetium ... dicere audistis, et quae ceteros audietis; ib. 147. quem ad modum illorum testem dicere audistis; Caecin. 22. saepe hoc maiores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam vim plurimum L. Cottae profuisse; Muren. 58. eodem tempore audistis eodem ex loco summos viros ... eadem dicere; Quir. 17. quem egomet dicere audivi, tum se fuisse miserum cum careret patria; ib. 20. ecquid audieris, ecquisnam tibi dixerit C. Caesarem nuper ... dixisse se C. Alfium praeteritum permoleste tulisse? Vatin. 38. quin etiam L. Herennium dicere audistis verbo se molestum non futurum fuisse Caelio, nisi ..; Cael. 56. Seplasia me hercule, ut dici audiebam, te ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit; Piso 24. audistis profecto dici philosophos Epicureos omnis res ... voluptate metiri; ib. 68. te enim dicere audiebamus nos omnis adversarios putare, nisi qui nobiscum essent; Ligar. 33. quamvis dicant, quod quosdam audio dicturos: „legati proficiscantur“; Phil. V, 26. ſ. oben ex; Milo 44.

3. **Satz mit quod:** quod de capite iste dempsit, quod tandem modo vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum videtur? Verr. III, 80.

III. **mit Object:** alqm: cum me esset attente auditurus Philippus; Quinct. 77. te ipsum, Naevi volo audire; ib. 79. ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant; div. Caec. 39. homo ... ferre tamen atque audire diutius Timarchidem non potuit; Verr. II, 70. de aestimatione frumenti cum dices, sic te audiemus, quasi ..; ib. III, 222. si eum diceres esse mortuum, quis te audiret? ib. V, 78. si ... ego me ad iudicem sic ‖si‖ defendam, ut vi me deiecisse confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat? Tull. 29. hunc audiebant antea, nunc praesentem vident tanta temperantia ..., ut ..; imp. Pomp. 13. si qui mihi deus vestram ad me audiendum benevolentiam conciliarit; Cluent. 7. adgrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, ... sic ut me audiatis, quasi ..; ib. 8. quaeso, ut me, iudices, sicut facere instituistis, benigne attenteque audiatis; ib. etsi a vobis sic audior, ut numquam benignius neque attentius quemquam auditum putem, tamen ..; ib. 63. vos, quaeso, ut adhuc me attente audistis, ut item, quae reliqua sunt, audiatis; ib. 66. itaque nunc quem ad modum audiar sentio, non modo ab eis, quorum iudicium ... est, sed etiam ab illis, quorum tantum est existimatio; at tum si dicerem, non audirer; ib. 80. petam a vobis, ut me, dum de his singulis disputo iudiciis, attente audiatis; ib. 89. vos vero, Quirites, si me audire voltis ..; leg. agr. II, 71. neque, id qua re fieri non possit, si me audire volent, intellego; Catil. II, 17. audiamus igitur Sextilium; Flacc. 35. is, quem nemo vestrum vidit umquam, nemo qui mortalis esset audivit; ib. 40. cur non audimus ipsum? ib. 92. nemo erit tam iniustus qui me audierit, sit modo liber et civis, quin ..; ib. 97. erat (Archias) temporibus illis iucundus Metello ..., audiebatur a M. Aemilio; Arch. 6. etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam; dom. 32. etsi me attentissimis animis, summa cum benignitate auditis, iudices, tamen ..; Sest. 31. quis fuit qui non ... se .., si eum audiret, scelere astringi arbitraretur? ib. 108. ille ad eos, a quibus audiebatur, cotidie aliquid de *me* ficti ‖defecti‖ adferebat; ib. 133. ut ego ante dicendi finem faciam quam vos me tam attente audiendi; ib. 136. qua mente feceris ut in epulo Q. Arrii ... cum toga pulla accumberes? quem umquam videris? quem audieris? quo exemplo ... feceris? Vatin 30. sed me audiant, navent aliam operam; Cael. 67. audierat Decios Magios et de Taurea illo Vibellio aliquid acceperat; Piso 24. atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Graeci, quos utinam ita audires, ut erant audiendi; ... verum audis in praecepibus audis in stupris, audis in cibo et vino; Piso 42. etenim quis te tum audiret illorum aut quid diceres? Planc. 44. quoniam ... sic ab his es auditus, ut ..; ib. 58. cum audiretur silentio M. Caelius, tribunus plebis, vir .. in re publica fortissimus; Milo 91.

a vobis, patres conscripti, peto, ut, etiam si sequi minus audebitis orationem ... meam, benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis; Phil. I, 15. quoniam ... sum a vobis (patres conscripti) benigne ac diligenter auditus; ib. 38. alterum peto a vobis (patres conscripti), ut me pro me dicentem benigne, alterum ipse efficiam, ut contra illum cum dicam, attente audiatis; ib. II, 10. cur me tui satellites cum gladiis audiunt? ib. 112. ego te, cum in Massiliensis tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo audio; ib. VIII, 18. „ne si a Mutina quidem recesserit, audiemus Antonium?“ ib. XII, 4. dum .. de singulis sententiis breviter disputo, velim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis; ib. XIII, 22. §. 1. 2. Verr. I, 114. — de: quapropter ita me de praeturae criminibus auditote, ut ..; Verr. I, 103. quapropter de istius praetura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis, ut ..; ib. II, 17. quoniam de criminibus superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis ..; Sulla 14.

alqd: an ... casu accidit, ut id, quod Romae audierat, primus nuntiaret? Sex. Rosc. 96. nonne vobis haec, quae audistis, cernere oculis videmini, iudices? ib. 98. quae si prodierit atque adeo cum prodierit ... audiet; ib. 100. soletis, cum aliquid huiusce modi auditis, iudices, continuo dicere ..; ib. 105. si enim haec audientur ac libere dicentur ..; ib. 125. quaeso a vobis, iudices, ut haec pauca, quae restant, ita audiatis, ut ..; ib. 129. ergo id omnino Verres in iudicio suo non audiet, quod ..; div. Caec. 33. quod cum tam multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur; Verr. a. pr. 19. cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi, haec eadem se audisse dicerent; ib. I, 28. neque solum quid istum audire, verum etiam quid me deceat dicere considerabo; ib. 32. homo, ut haec audivit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse numquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset, ut ..; ib. 64. omnes eodem animo Lampsaceni, simul ut hoc audierunt, ... ad aedis noctu convenerunt; ib. 67. tunc quod videris, quod audieris .... nisi ad nutum tuum praesto fuerit ..? ib. 78. ex eis, quae legi et audivi, intellego ..; ib. 79. quorum alii, id quod saepe audistis, negabant mirandum esse ..; ib. 121. id quod priore actione cognostis, audite; ib. 125. audit haec etiam Verres; ib. II, 36. qui postea quam id audivit ..; ib. 48. quod ubi auditum est ..; ib. 55. haec vos antea, iudices, audistis, verum fortasse ita audistis, ut auctorem rumorem haberetis; ib. III, 49. audivimus hoc iam diu, iudices; nego quemquam esse vestrum quin saepe audierit: socios istius fuisse decumanos; ib. 50. nemo hoc nescit; nemo tuorum amicorum ... nunc se primum diceret audire; ib. 63. haec tu ... cum scires, cum audires cotidie, cum videres ..; ib. 65. audite reliqua et diligenter attendite; ib. 72. audistis haec, iudices, quae nunc ego omnia praetereo; ib. 106. ut hoc posses dicere, nihil te eorum audisse, nihil ad tuas auris de infamia tua pervenisse? ib. 132. qui ... nihil umquam audierit a patre, quo pudentior aut melior esset; ib. 160. hoc quemquam ... tuorum advocatorum animo aequo audire arbitrare ..., in eadem civitate apparitori tuo esse concessum, ut ..? ib. 184. putasse se, id quod audissent, alicuius pretii scyphos esse Pamphili; ib. IV, 32. quod iste ubi audivit ..; ib. 38. nemo erit quin hoc se audisse aut vidisse dicat; ib. 55. iste ... non laboravit quid non modo in Sicilia, verum etiam Romae in iudicio audiret; ib. 57. nunc eadem illa, quaeso, audite et diligenter ... attendite; ib. 102. tametsi vosmet ipsos (iudices) haec eadem audire certo scio; ib. 132. quis hoc vidit? quis audivit? ib. 146. nos enim nihil umquam prorsus audivimus; sed ‖et‖ illud audivimus, M. Crassi ... virtute ... factum, ne ..; ib. V, 5. ego ipse haec, ... quae adhuc numquam audistis, commemorabo; ib. 9. quo tandem animo sedetis, iudices? aut haec quem ad modum auditis? ib. 123. quam multa M'. Aquilius audivit in suo iudicio? quam multa L. Cotta? Font. 38. ille igitur ipse homo sanctissimus ... multa audivit in sua causa, quae ..; ib. cum id plerique scirent, omnes fere audissent, *qui non audisset*, is coniectura adsequi posset; Caecin. 16. itane vero, recuperatores? hoc vos audietis et apud vos dici patiemini saepius? ib. 34. quod ego tametsi non nunc primum neque in hac causa solum audio, tamen ..; ib. 65. neque praeter intercessionem quicquam audiam; imp. Pomp. 58. ille vero, simul atque hoc audivit „ne gratis“, „quo voles“, inquit „sequar“; Cluent. 71. aliud si is ‖si, is‖ iudex nihil scisset, nisi quae praeiudicia de eo facta esse constarent, audire praeterea nihil debuisse; ib. 104. tamen a me haec in hoc tam exiguo meo tempore non audies; Rabir. 17. quod tu si audisses aut si per aetatem scire potuisses ..; ib. 25. nihil cogitas, quod non ‖quod‖ ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam; Catil. I, 8. tamenne, iudices, haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt? Flacc. 5 (3. 40). in quo primum erat illud absurdum, quod, cum ea, quae leviter dixerat, vobis probare volebat, eos [autem], qui circum iudicium stabant, audire nolebat, non intellegebat ea, quae clare diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, ut vos quoque audiretis, qui [id] non probabatis; Sulla 31. nihil quemquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur; ib. 79. indicavit se audisse aliquid, non credidisse; ib. 81. ignoscendum est eis, qui postea nihil audierunt; ib. qui aliquid percipere atque audire studebant; Arch. 6. o di immortales! — vos enim haec audire cupio; dom. 104. in quo (responso) ... scriptum etiam illud est, id quod audistis, LOCA SACRA ET RELIGIOSA PROFANA HABERI; har. resp. 9. DETERIORES, REPULSOS, quod iam audietis, hos appellant, quorum ..; ib. 58. nihil audieram? nihil videram? nihil ... cognoveram? Sest. 47. vos haec melius scire potestis, equidem audita dico; ib. 72. neque id agunt, ut ea dicant aut ferant, quae illi velint audire, qui in contione sunt, sed pretio ac mercede perficiunt, ut quicquid dicant, id illi velle audire videantur; ib. 104. in illo tuo intolerabili, non regno — nam cupis id audire —, sed latrocinio; Vatin. 19. quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quot annis? prov. cons. 5. omnia illa, quae et saepe audistis et tenetis animis, etiam si non audiatis, praetermitto; ib. 8. nihil enim umquam audivi quod mihi de iure subtilius dici videretur; Balb. 2. quasi vero id aut ego scire debuerim aut vestrum quisquam audierit; Piso 55. ex quibus multa a multis lecta et audita recitarem, ni vererer ..; ib. 71. sed ita multa Romae geruntur, ut vix ea, quae fiunt in provinciis, audiantur; Planc. 63. quod minus ... hominibus auditum atque notum (sit); ib. 95. cognovi, id quod audieram, refertam esse Graeciam sceleratissimorum hominum; ib. 98. *illa* audivimus, hoc vero meminimus ac paene vidimus ..; Scaur. c. 3. § 1. non ut audire ea, quae dicebam, iudices, sed ut cernere et paene tangere viderentur; ib. 26. *nihil audisti* in Postumum, cum ‖quod‖ in Gabinium iudex esses, nihil Gabinio damnato ‖dato‖ ... .„at nunc audio“; Rab. Post. 12. cui numquam se hic profecto tradidisset, nisi causae suae confideret, praesertim omnia audienti, magna metuenti; Milo 61. nimis multa audire coguntur neque aliter facere possunt ei, quibus tota commissa est res publica; ib. 65. vereor ut hoc, quod dicam, perinde intellegi possit auditum atque ipse cogitans sentio; Marcell. 12. te ... dicere tibi satis te vixisse. credo, sed tum id audirem, si tibi soli viveres; ib. 25. cum tu id neque per te scires neque audire aliunde potuisses; Ligar. 1. est ita inusitatum, regem reum capitis esse, ut ante hoc tempus non sit

auditum; Deiot. 1. quae cum audire mallem quam videre ..; Phil. I, 6. qui quamquam parum erat — id enim ipsum a Bruto audieram — a quibus debuerat adiutus ..; ib. 10. quod ea in te admisisti, quae a verecundo inimico audire non posses; ib. II, 47. quae peto, ut, quamquam multo notiora vobis quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attente audiatis; ib. cum te haec auditurum videres; ib. 60. quid videras? quid senseras? quid audieras? ib. 83. multa memini, multa audivi, multa legi; ib. IV, 3. equidem cupio haec quam primum M. Antonium audire; ib. X, 10. negat Piso scire se, negat audisse quicquam; ib. XII, 3. „victum Ciceronem ducem habuistis.“ eo libentius „ducem“ audio, quod certe ille dicit invitus; ib. XIII, 30. non laudavimus ‖laudamus, al.‖, quod ne audivimus quidem; ib. 33. ſ. unten de; Verr. III, 130. alqm; Cluent. 66. vgl. I, 2, b, γ. Verr. III, 62. 133. II, 2. Verr. II, 15. V, 120. Catil. IV, 17. Milo 54. Marcell. 9. Ligar. 3. — de: utrum Luscius et Manilius nihil de HS ccciɔɔɔ ex Cluvio audierunt, an ..? Qu. Rosc. 43. nihil a me de pueritiae suae flagitiis audiet, nihil ex illa impura adulescentia sua; Verr. I, 32. citharistam, de quo saepe audistis id, quod est Graecis hominibus in proverbio ..; ib. 53. de quo hoc homine auditum est umquam, quod tibi accidit, ut ..? ib. II, 158. ecquo de homine hoc umquam audivistis? novum est, iudices; ib. iste ridere ac mirari Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse; ib. III, 61. non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accusatore: iam ante ‖antea‖ in sella sedens praetor ... miliens audivit; ib. 130. haec ego, iudices, non auderem proferre, ni vererer ne forte plura de isto ab aliis in sermone quam a me in iudicio vos audisse diceretis; ib. IV, 55. tantum a vobis petam, iudices, ut, si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis; Flacc. 13. quocumque tempore auditum quid esset de praedonibus ..; ib. 33. qui profecto de tanta pecunia, si esset data, nihil audisse non possent; ib. 93. multa, cum essem consul, de summis rei publicae periculis audivi, multa quaesivi, multa cognovi; Sulla 14. cum is se nihil audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse diceret; ib. ego, iudices, de tantis omnium periculis cum quaererem omnia, multa audirem ..; ib. 85. nihil de hoc consul comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi; ib. 86. haec audivimus de clarissimorum virorum consiliis et factis, haec accepimus, haec legimus; Sest. 139. atque illud etiam audire de te cupio, qua re ... tu eam esse legem non putes? Vatin. 37. audivi hoc de parente meo puer; Balb. 11. erit tamen tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum; Planc. 20. destiti quid de me audituri essent homines cogitare; ib. 66. de horum desiderio, luctu, querellis cotidie aliquid tecum simul audiebam; ib. 101. nihil ille de condicionibus tuis, nihil de studio concordiae et pacis, nihil de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam; Deiot. 11. utinam, Antoni, avum tuum meminisses! de quo tamen audisti multa ex me eaque ‖aquae‖ saepissime; Phil. I, 34. multa enim falsa de me audierunt; ib. XII, 29. — ex: de saltu deicitur Quinctius ‖Quinctius.‖ quo die? possumus hoc quoque ex te audire? quid taces? Quinct. 79. nunc quid est quod quisquam ex vobis audire desideret? Sex. Rosc. 104. cum ... haec eadem ipso ‖ipsa‖ se ex Philodamo audisse dicat, potestis dubitare ..? Verr. I, 71. nihil ex Dione, nihil ex socru tua ... audisti? ib. II, 24. itaque hoc, iudices, ex homine clarissimo [...], L. Crasso, saepe auditum est; ib. III, 3. eo ... veniebant equites Romani, id quod ex multis iuratis audistis; ib. V, 27. quod ego profecto non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, iudices, audissem; Font. 33. ut ex me ea, quae tibi in mentem non veniunt, audias; Caecin. 98. quod ego ... ex multis audivi et comperi; Cluent. 192. dirumpatur ‖disrumpatur‖ licet ista furia atque ‖*pestis patriae*‖ audiat haec ex me, quoniam lacessivit; dom. 99. cum ego ipse ... me hic id ex te primum audisse confitear; Planc. 58. mortem ab illo denuntiatam Miloni et praedicatam palam, nihil umquam auditum ex Milone; Milo 52. quando hoc quisquam ex te ‖ex te quisquam‖, Caesar, audivit? Ligar. 18. ſ. de; Qu. Rosc. 43. Phil. I, 34.

accusationem: si quis erit qui perpetuam orationem accusationemque desideret, altera actione audiet; Verr. a. pr. 55.

acroama: ſ. vocem; Arch. 20.

actionem: ſ. vocem; Piso 29.

Alexandriam: audiebamus Alexandriam: nunc cognoscimus; Rab. Post. 35.

amentiam: audite etiam singularem eius, iudices, cupiditatem, audaciam, amentiam; Verr. IV, 99.

argumentum: cuius contionis primum universum argumentum sententiamque audite; har. resp. 8.

auctoritatem: ſ. testimonium; Quir. 17.

auctores: quae populus iuberet, ... auditis auctoribus ... iuberi vetarique voluerunt; Flacc. 15.

audaciam: ſ. amentiam.

cantum: ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat; Piso 67.

causam: vos ex me causam non a me prolatam, sed ad me delatam audire oportere; Verr. II, 179. cum causam non audisset et potestas esset ampliandi ..; Caecin. 29. quae (causa) iam per annos octo continuos ex contraria parte audiatur; Cluent. 7. at causam totam non audierat; ib. 113.

condicionem: non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita; Quinct. 71. huic cedamus? huius condiciones audiamus? Phil. XIII, 16.

confessionem: sed mirabar tamen credi popae, confessionem servorum audiri; Milo 65.

consulem; audite, audite consulem, iudices, ... totos dies atque noctis de re publica cogitantem! Muren. 78.

consultum: cum audito senatus consulto rei ‖ore‖ ipsi atque absenti senatui plausus est ab universis datus; Sest. 117.

contionem: ſ. testimonium; Flacc. 19.

copias: copiae, quas audistis, ** Phil. XI, 32.

crimen: de quo homine, iudices, — ... de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum probrosum non modo crimen, sed ne maledictum quidem audistis; Font. 37. novum crimen ... et ante hunc diem non auditum propinquus meus ad te Q. Tubero detulit; Ligar. 1. sed maximum crimen audite; Phil. XIII, 34.

cupiditatem: ſ. amentiam.

decretum: audite decretum mercennarii praetoris ex ipsius commentario; Verr. V, 54.

defensionem: quid ergo est causae quod nunc nostra defensio audiatur tanto silentio? Cluent. 93.

dies: at ad quos refert? di immortales! ad eos scilicet, quorum nobis etiam dies natales audiendi sunt; Phil. II, 14.

dissensiones: etenim recordamini, Quirites, omnis civilis dissensiones, non solum eas, quas audistis, sed eas, quas vosmet ipsi meministis atque vidistis; Catil. III, 24.

edictum: primum edictum audite, iudices, praeclarum; Verr. III, 25.

equitem: ſ. virum; Verr. I, 14.

exempla: non *me* praeterit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri atque haberi; Verr. III, 182.

exercitum: quorum alterius iam nobis notus esset exercitus, alterius auditus; Phil. XI, 27.

facta: ſ. nomen; Phil. XIII, 49.

familiarem: animadverti enim, iudices, audiri

a vobis meum familiarem, L. Herennium, perattente; Cael. 25.

fidem: ſ. nomen; Deiot. 16.

flagitium: ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi; Phil. II, 76.

gemitum: ſ. querimonias; Verr. III, 52. vocem; Verr. V, 162.

gravitatem: ſ. nomen; Deiot. 16.

hominem: audisti et audies homines ‖omni, omnes‖ e conventu Syracusano qui ita dicant, sese audientibus illud Iovi Optimo Maximo dicatum esse ab rege Antiocho; Verr. IV, 70. ad hominem condemnandum, quem numquam vidisset neque audisset, adductum esse pretio; Caecin. 29. audiamus hominem: non adest; Flacc. 90. cur hunc non audistis tam doctum hominem, tam eruditum, prius quam in istum errorem inducemini? Piso 58.

imperatores: quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt; imp. Pomp. 29.

imperia: obstupescent posteri certe imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabilis, incredibilis victorias, monimenta, munera, triumphos audientes et legentes tuos; Marcell. 28.

integritatem: ſ. nomen; Deiot. 16.

intercessionem: ſ. alqd; imp. Pomp. 58.

interitum: rex ..., simul atque audivit eius interitum, suo Marte res suas recuperavit; Phil. II, 95.

lautumias: lautumias Syracusanas omnes audistis; plerique nostis; Verr. V, 68.

legationem: an vos acerrimam illam ... populi Romani libertatis recuperandae cupiditatem non imminutam ... putatis legatione pacis audita? Phil. XII, 7.

legatos: quis legatos umquam audivit sine senatus consulto? ante te nemo; Vatin. 36.

litteras: hae litterae, iudices, L. Metelli, quas audistis, hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exaraverunt; Verr. III, 45. audite litteras, quas ad Segestanos miserit; ib. 92. atque ut illius temporis atrocitatem recordari possitis, audite litteras; Sest. 11.

maledictum: ſ. crimen; Font. 37.

maleficium: quod (maleficium) ita raro exstitit, ut si quando auditum sit, portenti ... simile numeretur; Sex. Rosc. 38.

malum: non auditum aliquando aliquod malum rei publicae quaeritur; Muren. 80.

mandata: ſ. verbum; Phil. VI, 10.

merces: auditae visaeque merces fallaces quidem et fucosae, chartis et linteis et vitro delatis ‖delatae‖; Rab. Post. 40.

monimentum: numquam .. de vobis eorum, qui aut videbunt vestrum monimentum aut audient, gratissimus sermo conticesceet; Phil. XIV, 33. ſ. imperia.

monstrum: quod umquam huiusce modi monstrum aut prodigium audivimus aut vidimus, qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat? Verr. II, 79.

munera, Nilum: ſ. imperia.

nobilitatem: homini ille (populus Romanus) honorem, non generi, ... virtuti perspectae, non auditae nobilitati deferebat; Piso 2.

nomen: qui denique huius nomen audierant, illum eruditum ... existimabant; Qu. Rosc. 29. hominem arbitror esse ‖esse arbitror‖ neminem, qui nomen istius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare possit; Verr. a. pr. 15. numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum Agyrinensis contra quemquam infimum civem Romanum ... fecisse quicquam; ib. III, 74. utrum vobis consilium tandem praetoris recitari videbatur, cum audiebatis nomina, an praedonis ... comitatus? ib. V, 54. homines maritimi Syracusis, qui saepe istius ducis nomen audissent, saepe timuissent ..; ib. 65. ad eos, qui populi Romani nomen audissent; ib. 171. homo nobilis, cuius est fere nobis omnibus nomen auditum, Atyanas; Flacc. 31. Fufiorum se adfirmavit numquam omnino nomen audisse; ib. 48. ubi denique est in ista suspicione Caelii nomen auditum? Cael. 15. ergo ut audiretur Vettii nomen in causa ..., idcirco Camurtii ... est causa renovata? ib. 71. hoc nomine audito, quod per omnis gentis pervagatum est; Scaur. 45. num denique toto illo in iudicio Postumi nomen audistis? Rab. Post. 10. cui porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Deiotari integritas, gravitas, virtus, fides non audita est ‖est, sit audita‖? Deiot. 16. quis enim meum in ista societate gloriosissimi facti nomen audivit? Phil. II, 25. qui (exercitus) si pacis, id est, timoris nostri, nomen audierit ..., sistet certe; ib. XII, 8. moveri sedibus huic urbi melius est atque in alias ... terras demigrare, unde Antoniorum nec facta nec nomen audiat; ib. XIII, 49.

nuntium: unde vix ter in anno audire nuntium possunt; Sex. Rosc. 132. quod ... ex illo solo fundo numquam malum nuntium audisset; leg. agr. II, 82. at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus est; ib. 83. quo ille nuntio audito cum senatum vocasset ..., repente concidit; Phil. V, 23.

obiurgationem: deliciarum obiurgatio ... plus .. disputationis habuit quam atrocitatis; quo etiam audita est attentius; Cael. 27.

Oceanum: ſ. imperia.

orationem: primo attente auditur eius oratio; Cluent. 58. ſ. accusationem.

popam: quin etiam fuit ‖fuerit‖ audiendus popa Licinius nescio qui de circo maximo, servos Milonis ... sibi confessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse; Milo 65.

postulationem: ſ. condicionem; Quinct. 71.

preces: in quo di immortales meas preces audiverunt; Piso 43.

principes: quo silentio sunt auditi de me ceteri principes civitatis! Sest. 108.

probra: non meliore fortuna ad probra non audienda M. Fonteius, quam illi ..., fuisset; Font. 40.

prodigium: ſ. monstrum.

proelium: ⌊proelio audito,⌋ re cognita; Phil. XIV, 36.

provincias, pugnas: ſ. imperia. — psephismata: ſ. testimonium; Flacc. 19. — querellam: ſ. vocem; Piso 29.

querimonias: tamen vos in hac quaestione de pecuniis repetundis ... sociorum querimonias audire oporteret; Verr. II, 15. de cuius (Apronii) improbitate singulari gravissimarum legationum querimonias audistis; ib. III, 22. cum totius Siciliae cotidie gemitus querimoniasque audires; ib. 52. audietis Agrigentinorum fortissimorum virorum, diligentissimorum aratorum querimonias; ib. 103. quid facere potestis? ... an, cum lex sociorum causa rogata sit, sociorum querimonias non audire? ib. 218. noverunt enim sociorum volnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt; imp. Pomp. 66.

rationem: vgl. II, 2. Verr. I, 98.

relationem: ſ. vocem; Piso 29.

rem: tum iste excitatus audit rem omnem ex Timarchide; Verr. V, 94. qui audita re frequentes ad me mane convenerant; Catil. III, 7. tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatus consultum; Muren. 50. o rem, quam homines soluti ridere non desinant, tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! dom. 104. audita et percelebrata sermonibus res est; Cael. 69. Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? Phil. XII, 9. qui re audita e castris duas legiones eduxit; ib. XIV, 27.

Rhenum: ſ. imperia.

revocationem: receptui signum aut revocationem a bello audire non possumus; Phil. XIII, 15.

sapientiam: si adnuerit, ne ego sapientiam istam, quamvis sit erudita, non audiam; Phil. XIII, 6.

sententiam: ſ. argumentum.

sermonem: ut cum sermonem audierint omnem viri boni, qui ..; Cluent. 78.

servum: sed tamen ille inimico servum remisit, tu ab avo abduxisti; illo incorruptum audire noluit, tu corrupisti; Deiot. 31.

signum: ſ. revocationem.

sponsionem: ſ. condicionem; Quinct. 71.

strepitum: QUOD IN AGRO LATINIENSI AUDITUS EST STREPITUS CUM FREMITU; har. resp. 20. ſ. testimonium; Flacc. 19.

temeritatem: ſ. testimonium; Flacc. 19.

testem: non ... levi coniectura res penditur neque testis incertus auditur; Sex. Rosc. 62. qua lege (Acilia) multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati sunt; Verr. I, 26. vasa Corinthia per Apollodorum, quem testem audistis, Syracusas deportata sunt; ib. IV, 50. de quibus vos aliis testes esse debetis, de eis ipsi alios testis audietis? at quos testis? primum dicam ... Graecos; Flacc. 9.

testimonium: multorum testimonia audistis antea; Verr. II, 25. iam Heraclii Centuripini optimi nobilissimique adulescentis testimonium audistis; ib. 66. audistis permulta, iudices, testimonia civitatum et reliquarum audietis; ib. III, 66. itaque Mnasistrati, hominis honestissimi atque optimi viri testimonium, iudices, audistis ‖audietis‖; ib. 109. audite, quaeso, in eas res, quas commemoro, hominum honestorum testimonium; Tull. 24. mementote igitur, cum audietis psephismata, non audire vos testimonia; audire temeritatem volgi, audire vocem levissimi cuiusque, audire strepitum imperitorum, audire contionem concitatam levissimae nationis; Flacc. 19. sed audistis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii; Quir. 17.

tribunum: ſ. alqm; Milo 91.

triumphos: ſ. imperia.

verbum: quae quo plura sunt, C. Aquili, eo te et eos, qui tibi in consilio sunt, meliore mente nostra verba audire oportebit; Quinct. 4. ut reus ante quam verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur; ib. 9. quapropter vos oro atque obsecro, iudices, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis; Sex. Rosc. 9. si viveret, verba eius audiretis; Qu. Rosc. 42. M. Lollius, eius filius, adulescens lectissimus, praesto est: huius verba audietis; Verr. III, 63. Sositheus est Entellinus, homo cum primis prudens et domi nobilis, cuius verba audietis ‖audistis‖; ib. 200. discedens mandat proagoro Sopatro, cuius verba audistis, ut (signum) demoliretur ‖demoliatur‖; ib. IV, 85. vidistis hominem et verba eius audistis; ib. 92. cur eorum (civium Romanorum) verba non audimus? cur eorum tabulae nullae proferantur? Font. 11. audiebant verba multorum testium; Cluent. 29. itane vero? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris ... eos agros ... xviri vendent? leg. agr. II, 52. fugitivi autem dominum accusantis ... cum os videbam, cum verba audiebam ..; Deiot. 3. etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur? Phil. VI, 10, peto a vobis, patres conscripti, ut eadem benignitate qua soletis mea verba audiatis; ib. VII, 9.

versus: quas res ... gessimus, attigit hic versibus atque inchoavit; quibus auditis ... hunc ad perficiendum adornavi ‖adortavi, al.‖; Arch. 28.

victorias: ſ. imperia.

virum: audietur a populo Romano vir primarius, eques Romanus, L. Flavius; Verr. I, 14. cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis; Catil. I, 26. audi viros bonos, quibus multis uteris; Phil. X, 6. ſ. alqm; Milo 91.

virtutem: cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius visa ‖huius‖ atque perspecta obtrectatorum voce laedetur? Balb. 16. ſ. nomen; Deiot. 16.

vocem: apud iudicem causam priore loco dicat, et eam cum orarit, tum denique vocem accusatoris audiat? Quinct. 43. cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miseri inter dolorem ... audiebatur, nisi haec: „civis Romanus sum“; Verr. V, 162. cum et armatorum multitudinem videret et eam vocem Aebutii, quam commemoravi, audisset ..; Caecin. 22. cum tua vox numquam sit audita; Sulla 44. nihil erroris erit in causa ..., iudices, si a vobis vitae perpetuae vox, ea quae verissima ... debet esse, audietur; ib. 78. quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret; Arch. 20. ut nemo cuiusquam conducti aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis posset audire; sen. 26. ecquae vox umquam est audita consulum? Sest. 64. nulla vox est audita consulum; ib. 65. nemo illum foedum voltum aspicere, nemo furialem vocem bonus audire poterat; ib. 106. Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur hoc postulantis, ut idem sibi concedatur quod Caesari? Vatin. 15. numquam erat audita vox in foro; numquam periculum factum consilii; Piso 1. ecquis audivit non modo actionem aliquam aut relationem, sed vocem omnino aut querellam tuam? ib. 29. at audistis, patres conscripti, philosophi vocem; ib. 56. me quidem, iudices, exanimant et interimant hae voces Milonis, quas audio adsidue et quibus intersum cotidie; Milo 93. itaque illam tuam praeclarissimam et sapientissimam vocem invitus audivi: „satis diu vel naturae vixi vel gloriae“; Marcell. 25. quis hastam istius venditionis vidit? quis vocem praeconis audivit? Phil. II, 103. tum sapientiae vocem audire videar eique, uti deo, paream; ib. XIII, 6. ſ. testimonium; Flacc. 19.

auditio, Hören, Hörenſagen: 1. subicio: ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subiciendas putetis; Planc. 56.

2. expetere: hoc solum auditione expetere coepit, cum id ipse non vidisset? Verr. IV, 102.

auditor, Hörer, Zuhörer: 1. sum: quod illi (Decii) ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem; dom. 64.

2. discerno: ubi discerni (possit) stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice? Font. 23.

3. multitudo: iam nunc mente ... prospicio, ... quantam auditorum multitudinem infamia C. Verris concitatura (sit); div. Caec. 42.

auditus, Hören, Anhören: **Ablativ:** acerbus: etsi erit vel acerbum auditu vel incredibile a M. Cicerone esse dictum; Phil. VII, 8.

crudelis: o rem cum auditu crudelem tum visu nefariam! Planc. 99.

foedus: o rem non modo visu foedam, sed etiam auditu! Phil. II, 63.

mirabilis: forsitan hoc, quod dicturus sum, mirabile auditu esse videatur; Piso 32.

taeter: illud vero taeterrimum non modo aspectu, sed etiam auditu ‖auditus, sed etiam aspectu, al.‖; Phil. V, 18.

avello, losreißen, wegreißen: alqm: num etiam de matris hunc complexu ... avellet atque abstrahet? Font. 46. ut perpetuum dolorem avolsus a meis sustinerem; dom. 145.

consulem: nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae ... domesticum et suum consulem potissimum avellere; Muren. 90.

lucrum: avolsum est enim praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum; Flacc. 57.

partem: quae pars provinciae sit, cui non possit intercedi, eam se avellere, quae defensorem habeat, non tangere; prov. cons. 36.

sigilla: sigillis avolsis reliquum argentum sine ulla avaritia reddidit; Verr. IV, 48.

simulacrum: insistebat in manu Cereris dextra grande simulacrum ... Victoriae: hoc iste e signo Cereris avellendum asportandumque curavit; Verr. IV, 110.

tribus: ais prioribus comitiis Aniensem (tribum) a Plotio Pedio, Teretinam a Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroque eas avolsas, ne in angustum venirent; Planc. 54.

aveo, begehren: audire: sic de uno quoque nostrum ... sciscitantur omnes, avent audire quid quisque senserit; Phil. XIV, 19.

dicere: avet animus apud consilium illud pro reo dicere; Phil. V, 13.

aversor, Unterſchlager: Verres, ille vetus proditor consulis, translator quaesturae, aversor pecuniae publicae, tantum sibi auctoritatis in re publica suscepit, ut ..; Verr. V, 152.

averto, aversus, abwenden, entwenden, unterſchlagen, abwendig machen, entfremden, wegtreiben: alqm: sin autem ingredienti cum armata multitudine obvius fueris et ita venientem reppuleris, fugaris, averteris non restitues; Caecin. 76. fuisse iudicem ... neminem quin removeret oculos et se totum averteret; Balb. 11. cum Antonio diadema Caesari imponente se avertit gemituque et maestitia declaravit ..; Phil. V, 38. ſ. **a,** I. averto; Phil. XIV, 33. (S. 3, b). — aversus: ſ. **a,** I. aversus (S. 3, a) 3 Stellen.

alqd: si doceo te non minus domum tuam avertisse quam Romam misisse decumarum nomine; Verr. III, 49. ſ. **a,** I. averto; Verr. IV, 53 (S. 3, b).

argentum, aurum: omnis vestis ablata; omne aurum et argentum ablatum et aversum; Verr. V, 73.

conatus; Phil. VI, 18. — crudelitatem; Phil. XIV, 25. — furorem; Phil. IV, 3. ſ. **a,** I. averto (S. 3, b).

homines: qui in pace et otio ... homines inermos ... armis, viris, terrore periculoque mortis reppulerit, fugarit, averterit; Caecin. 33. quos (homines) avertit agri Campani infinita possessio; Phil. X, 22.

impetus: ſ. **a,** I. averto; Phil. V, 28 (S. 3, b).

lecticam: caput in aversam lecticam inserens beneficia, quae venderet, a conlega petebat; Phil. II, 82.

legiones: ſ. **a,** I. averto; Phil. X, 6. (S. 3, b).

mentem: nonne etiamsi omnem mentem lubido averterat, tamen ..? Fr. B. XIII, v, 8. ſ. **a,** I. averto; Sest. 67 (S. 3, b).

numerum: ſ. **a,** I. averto; Verr. III, 163 (S. 3, a).

omen: si, quod Iuppiter omen avertat! hunc vestris sententiis adfixeritis; Muren. 88. si, quod di immortales omen avertant, (L. Flaccum) gravis iniuria adfixerit; Flacc. 104. quod si iam — quod di omen avertant! — fatum extremum rei publicae venit; Phil. III, 35. quibus M. Antonius — o di immortales, avertite et detestamini, quaeso, hoc omen! — urbem se divisurum esse promisit; ib. IV, 10. quid Bestiam? qui consulatum in Bruti locum se petere profitetur: atque hoc quidem detestabile omen avertat Iuppiter! ib. XI, 11. si — quod di omen averterint ‖averterent, avertent, averterit‖! — rem publicam oppressisset Antonius; ib. XII, 14, oppressi — quod omen avertat Iuppiter! — si non spiritu, at virtutis laude vivemus; ib. XIII, 7. o praeclarum lucrum, quo te victore — quod di omen avertant! — beata mors eorum futura sit, qui ..; ib. 41. alterum fecit, alterius di immortales omen avertant! ib. XIV, 26.

opinionem: ſ. **a,** I. averto; Muren. 43. (S. 3, b).

orationem: a iudicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur; Flacc. 69.

pecuniam: istum in quaestura pecuniam publicam Cn. Carboni consuli datam avertisse; Verr. I, 11. aversa pecunia publica quaestor consulem ... deseruit; ib. 34. averti pecuniam domum non placere; ib. II, 143. ac de avertenda pecunia quaero abs te utrum ..; ib. 144. teneo ... furem manifesto avertentem rem frumentariam omnem, pecuniam maximam; ib. III, 137. omnem te hanc pecuniam domum tuam avertisse; ib. 164. nunc de hac tota pecunia aversa, quaeso, cognoscite; ib. 170. ut praetor ... pecunias, quas civitatibus distribuere debeat, eas omnis avertat atque auferat; ib. 171. cum a Dolabella magnam pecuniam avertit; ib. 177.

rem: ſ. pecuniam; Verr. III, 137.

sestertios: illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est, per quam sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque avertit; Phil. V, 11. sestertium septiens milieus avertisse Antonium pecuniae publicae iudicavistis; ib. XII, 12.

tabulas: cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas averterit; Caecin. 17.

aufero, wegtragen, davontragen, entfernen, erhalten, mitnehmen, wegnehmen, erpreſſen: I. **abſolut**: 1. **ſubſtantiviſch**: cupiditas: quod iste ubi audivit, sic cupiditate inflammatus est non solum inspiciendi, verum etiam auferendi, ut ..; Verr. IV, 38.

2. **verbal**: alqs: quae potest esse controversia, cum is, qui petere debet, aufert et cum is non quantum debetur, sed quantum commodum est aufert, ille autem, unde ablatum est, iudicio suum recuperare nullo modo potest? Verr. III, 35. utrum impudentius ab sociis abstulit? an turpius meretrici dedit? ib. 83. QUOD PER VIM ET ‖AUT‖ METUM ABSTULISSET; ib. 152. minus clarum tore putavit quod de armario quam quod de sacrario esset ablatum. at quo modo abstulit? ib. IV, 27. quae (iniuriae) tantum modo in furtis istius et damnis eorum, a quibus auferebat, versatae esse videantur; ib. 38. acerbiorem etiam scitote esse civitatibus falsam istam et simulatam emptionem, quam si qui clam surripiat aut eripiat palam atque auferat; ib. 134. accusatur is, qui non abstulit a rege ..., sed qui maximam regi pecuniam credidit; Rab. Post. 38.

II. **mit Ergänzungsſatz**: 1. **mit ut**: verum quotiens et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? ut in foro statuerent abstulisti, ut in curia coëgisti; Verr. II, 145.

2. **mit accus. c. infin.**: quis est in populo Romano, qui hoc non ex priore actione abstulerit, omnium ante damnatorum scelera ... vix cum huius parva parte aequari conferrique posse? Verr. I, 21.

III. **mit Object**: alqm: haec ipsa vis est ..., quod cum esset ablatus primumque resipisset, non se referri iussit? Sest. 80. — ab: ſ. **a,** I. aufero; seu. 15 (S. 4, a). — de: ita Sopater de statua C. Marcelli, cum iam paene obriguisset, vix vivus aufertur; Verr. IV, 87. — ex: ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur, alius tamquam occisus relinqueretur; ib. V, 28. quod si se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt; Phil. II, 114.

alqd: mihi si quid deberetur, peterem, atque adeo iam pridem abstulissem; Quinct. 46. QUOD IBIDEM RECTE CUSTODIRE POTERUNT, ID IBIDEM CUSTODIANT; QUOD NON POTERUNT, ID AUFERRE ET ABDUCERE LICEBIT; ib. 84. multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio removebat; Sex. Rosc. 23. quis umquam ad arbitrum quantum petiit tantum abstulit? nemo; Qu. Rosc. 12. pete tu tuum,

exige et aufer quod debetur; ib. 32. nunc cum petierit quod suae partis esset, non quod tum abstulit soli sibi exegit? ib. 53. suo nomine petiit; quod abstulit, sibi, non tibi exegit; ib. qui non solum ne quid enunties, sed etiam ne quid auferas custodiendus sis; div. Caec. 51. si enim iudicia nulla sint, tantum unum quemque ablaturum putant, quantum sibi ... satis esse arbitretur; nunc, quod eius modi iudicia sint, tantum unum quemque auferre, quantum sibi, patronis, ... iudicibus satis futurum sit; Verr. a. pr. 41. ubi aliquid ereptum aut ablatum a quopiam dicitur; ib. I, 27. domo eius omnia abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent commovere; ib. II, 83. postea quam iste omnia abstulit, alia rogando, alia poscendo, alia sumendo ..; ib. 84. haec et alia Scipio non neglegenter abiecerat, ut homo intellegens [Verres] auferre posset, sed Thermitanis restituerat ..., quod, si domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur; ib. 87. dicis enim te in decumanum, si plus abstulerit quam debitum sit, in octuplum iudicium daturum; ib. III, 26. ut quantum vellet posceret, quantum poposcisset auferret; ib. 32. ut, quo plus sumitur quam debetur, id emi, non auferri putetur; ib. 42. decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Apronii; pro alteris decumis ... tantum [datum], quantum reliqui scribae fecerant aut ultro etiam ... ablatum; ib. 198. nego in Sicilia tota ullum argenteum vas ... fuisse, ... nego ullam picturam ... quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit; ib. IV, 1. Verres quod ubique erit pulcherrimum auferet? ... ideo C. Claudius Pulcher rettulit, ut C. Verres posset auferre? ib. 7. fore uti quod quisque vellet, sive esset venale sive non esset, quanti vellet auferret; ib. 10. quasi ... quo plura abstulisset, eo minore periculo in iudicium venturus esset; ib. 49. avertere aliquid de publico ... solebant, etiam cum aliquid a privato non numquam, occulte auferebant; ib. 53. omnia illa, iudices, abstulit; ib. 97. honestius est rei publicae nostrae .. ea, quae illis pulchra esse videantur, imperatorem nostrum in bello reliquisse quam praetorem in pace abstulisse; ib. 124. nunc enim, quod scriptum est inani in basi, declarat quid fuerit et id ablatum indicat; ib. 127. ut ante demonstrabant (mystagogi), quid ubique esset, item nunc quid undique ablatum sit ostendunt; ib. 132. omnia, quae dixi ablata esse; ib. 140. an negare non potestis, quod repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis? Cluent. 65. quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum numquam est ausus ut haberet optare; Flacc. 34. si quidem nihil istis praeter litteras abstulerunt; ib. 39. mihi quod potuit ... sceleratorum hominum furor detrahere, eripuit abstulit, dissipavit; Quir. 19. qui (casus) illi tantum addere iam non potest quantum auferre; prov. cons. 35. ut, ... quod senatus dederit, id senator properet auferre; ib. 36. qui, dum hic sit quod rapiant, quod auferant, nihil sibi defuturum arbitrantur; Phil. IV, 9. ut, quocumque iret, omnia vastaret, diriperet, auferret; ib. X, 12. ſ. argentum; div. Caec. 19. Verr. I, 28. aurum. consulatum. decumam; Verr. III, 29. 150. frumentum; Verr. III, 49. lucrum. opem. pondus; Verr. V, 184. — I, 2. Verr. III, 35. IV, 27. — **ab**: ſ. **a**, I. aufero; Qu. Rosc. 37. 38. 54. Verr. I, 97. II, 22. III, 29. 102. ✕. IV, 37. ✕ (☞. 3, b). ſ. unten decumam; Verr. III, 20. lanam. nummos; Verr. V, 10. — **ex**: quae ex fanis religiosissimis per scelus et latrocinium abstulisti; Verr. I, 57. cum ex eodem agro dimidio ipse plus abstulerit, quam populo Romano miserit; ib. III, 117. mirum quendam dolorem accipere eos, ex quorum urbibus haec auferantur; ib. IV, 135. ſ. aurum. eben II, 2.

anulos: quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos abstulisse? Verr. IV, 57.

arbitria: cum quidem tu ... arbitria non mei solum, sed patriae funeris abstulisti; Piso 21.

argentum: „quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, aedibus, delubris fuit ‖ delubris ‖, quod ... iuris habui, id mihi tu ... eripuisti atque abstulisti“; div. Caec. 19. argenti, vestis stragulae quod fuerit (istum) curasse auferendum; Verr. I, 28. omne argentum ablatum ex Sicilia est, nihil cuiquam quod suum dici vellet relictum; ib. IV, 86. omnis vestis ablata; omne aurum et argentum ablatum et aversum; ib. V, 73.

Armeniam: compellarat hospitem praesens, ... Armeniam abstulerat a senatu datam; Phil. II, 94.

aurum: ex ipsa Diana quod habebat auri detractum atque ablatum esse dico; Verr I, 54. ſ. argentum; div. Caec. 19. Verr. V, 73.

bona: redde bona sodalis filio; si non quae abstulisti, at quae confessus es; Verr. I, 94. bona tamen interea nihilo minus eorum omnium ex agris auferri ac diripi; ib. III, 66.

bullas: nam bullas aureas omnis ex eis valvis ... non dubitavit auferre; Verr. IV, 124.

candelabrum: id (candelabrum) ab ‖ ad, al. ‖ se C. Verrem abstulisse; Verr. IV, 67.

causam: alterius rei causam vosmet ipsi ... sustulistis, alterius ego vobis hodierno die causam profecto auferam; Caecin. 9.

centesimas: binas centesimas ab sese ablatas ferendum non putant; Verr. III, 168.

clientelam: ut conarere clientelam tam splendidae ... provinciae traducere ad te, auferre a certissimis antiquissimisque patronis; Verr. IV, 90.

commeatum: quos (nummos) qui dederat, commeatum totius aestatis abstulerat; Verr. V, 62.

consulatum: etsi nihil aliud Sullae nisi consulatum abstulissetis, tamen ..; Sulla 90.

crateras: quod mensas Delphicas e marmore, crateras ex aere pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum ex omnibus aedibus sacris abstulit Syracusis; Verr. IV, 131.

decreta: controversiae secreto deferebantur, paulo post palam decreta auferebantur; Verr. V, 27.

decumam: nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri; Verr. III, 20. at ego omnis dico plus ac multo plus quam decumam abstulisse; ib. 29. quia tuis novis edictis ... plus aliquanto se quam decumas ablaturum videbat; ib. 150.

denarios: „a me, cui singulos dari denarios a te oportuit, binos aufers et huic ... direptioni cellae nomen imponis“? Verr. III, 197.

deos: nunc ex urbe sociorum praetor ... eosdem illos deos nefario scelere auferebat; Verr. IV, 77. di ablati, fana vexata, nudatae urbes reperiuntur; ib. 104.

dies: destitutione illa perculsus Quinctius a Scapulis paucos dies aufert; Quinct. 20. hi ludi dies quindecim auferent; Verr. a. pr. 31.

ebur: ut omnia signa iste per eos homines ..., omne ebur ex aedibus sacris, omnis undique tabulas pictas, deorum denique simulacra quae vellet auferret; Verr. II, 50.

eculeos: tum iste ab equite Romano splendido ... eculeos argenteos nobilis, quique maximi fuerant, aufert. imprudens huc incidi, iudices: emit enim, non abstulit; Verr. IV, 42.

frumentum: si duabus partibus docco te amplius frumenti abstulisse quam populo Romano misisse; Verr. III, 49. ut ... frumentum omne decumanos auferre iusserit; ib. 97. Imacharensis

iam omni frumento ablato ... tributum facere miseros ... coëgisti; ib. 100.

fundum: praeclare suum negotium gessit Roscius; fundum fructuosissimum abstulit; Qu. Rosc. 34.

gloriam: non dubitaturum fortem virum quin ... secum auferret gloriam sempiternam; Milo 68.

gubernationem: quae numquam sibi populus Romanus appetivit, qui numquam, ut tu, summi consilii gubernationem ‖ quae numquam populus ab summi consilii gubernatione, al. ‖ auferre conatus est; Vatin. 36.

Herculem: Hercules, quem iste Agrigenti ... convellere ex suis sedibus atque auferre conatus est; Verr. V, 186.

hydriam: ſ. a, I. aufero; Verr. IV, 32. 35 (S. 3, b).

insignia: maerorem relinquis; maeroris aufers insignia; Piso 18.

iudicia: ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur; Verr. I, 28.

ius: ſ. argentum; div. Caec. 19.

lanam: quid a ‖ quid ‖ Milesiis lanae publice ‖ publicae ‖ abstulerit; Verr. I, 86.

litteras: fit ut pretio novus vincat litterasque a praetore auferat ‖ adferat ‖; Verr. II, 124 ſ. alqd; Flacc. 39.

lucrum: cum eius apparitores ... aliquanto plus ipsi lucri auferant quam quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt; Verr. III, 87.

mensam: tu ... pulcherrimam mensam citream a Q. Lutatio Diodoro ... Lilybaei abstulisti; Verr. IV, 37. ſ. craterus.

monumenta: quod iste M. Marcelli et P. Africani monumenta ... ex fanis religiosissimis et ex urbibus sociorum atque amicorum non dubitarit auferre; Verr. I, 11.

mulierem: qui cum eius servis erat a Rubrio quasi in praesidio ad auferendam mulierem conlocatus; Verr. I, 67.

numerum: cuius iudicii metu magnus a multis frumenti numerus ablatus magnaeque pecuniae coactae sunt; Verr. III, 39. an ... hic tantus tamen frumenti pecuniaeque numerus ab aratoribus per vim ablatus est? ib. 106.

nummos: reddit inspectantibus multis; Bidini nummos auferunt; Verr. II, 56. ad istum non modo illos nummos ... revertisse, sed multo etiam pluris eum postea nummos abstulisse; ib. 61. pro tritico nummos abstulit, quanti erat in Sicilia triticum; ib. III, 170. tum potuit a Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adesset; ib. V, 10.

occursationes: vestras vero et vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcumque cursum fortuna dederit, se secum ablaturum esse dicit; Milo 95.

opem: unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiae; Quinct. 32.

ornamenta: ſ. argentum; div. Caec. 19. signa; Verr. IV, 6.

os: Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, revellit atque abstulit; Verr. IV, 124.

partem: quaero enim potueritne Roscius ex societate suam partem petere necne? si non potuit, quem ad modum abstulit? Qu. Rosc. 52. de Heraclii hereditate, quam palaestritis concessisset, multo maximam partem ipsum abstulisse; Verr. IV, 139.

patellam, pateram: ab Aeschylo Tyndaritano istum pateram abstulisse, a Thrasone item Tyndaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino turibulum; Verr. IV, 48.

pecuniam: non quaesivit procul alicunde, ... sed proximum, paene alterum filium, quem illam pecuniam diceret abstulisse; Verr. II, 48. ut praetor ... pecunias, quas civitatibus distribuere debeat, eas omnis avertat atque auferat; ib. III, 171. eosdem abs te illarum civitatum nomine pecunias abstulisse; ib. 175. ut tantam pecuniam scriba tuus auferret sive de aratorum bonis sive de populi Romani vectigalibus; ib. 181. multos saepe viros bonos ... cum aratoribus et cum civitatibus frumentum, in cellam quod sumi oporteret, aestimasse et pecuniam pro frumento abstulisse; ib. 188 tibi datam pecuniam domi retines et praeterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers; ib. 202. armario expilato, pecunia ablata; Cluent. 181. si licuit ..., patris pecuniam recte abstulit filius; si non licuit, tamen illo mortuo non modo filius, sed quivis heres rectissime potuit auferre; Flacc. 59. ſ. a, I. aufero; Verr. I, 11. II, 141. 143. III, 168. 224. Cluent. 102. leg. agr. I, 12. Flacc. 55. ✕. 59 (S. 3, b. ſ.).

periculum: cum illi ... damnatio omne ignominiae periculum iam abstulerit, mors vero etiam doloris; Cluent. 10.

phaleras: ſ. a, I. aufero; Verr. IV, 29. ✕. (S. 3, b).

pondo: ſ. HS; Cluent. 179.

pondus: Athenis audistis ex aede Minervae grande auri pondus ablatum; Verr. I, 45. Minerva, quam ... expilavit, Athenis, cum auri grande pondus, Syracusis, cum omnia praeter tectum et parietes abstulit; ib. V, 184.

pretium: pretium ei frumento constituere; quod constituisset, id a civitatibus auferre, quod a populo Romano accepisset, tenere; Verr. III, 171.

provincias: provincias consularis, quas C. Gracchus ... non modo non abstulit a senatu, sed etiam ..; dom. 24.

res: unde nihil eius modi rerum de publico per vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia, nihil precario ‖ pretio ‖ posset auferre; Verr. II, 88.

scyphos: „incipio queri me nihil habiturum quod alicuius esset pretii, si etiam scyphi essent ablati: tum illi ... „quid vis nobis dare, ut isti abs te ne auferantur?" Verr. IV, 32. ita Pamphilus scyphos optimos aufert; ib.

sermones: ſ. occursationes.

HS: „HS ɔɔɔɔɔɔɔɔɔɔ tu abstulisti." [si fit hoc vero,] HS ɔɔɔɔɔɔɔɔɔɔ tu quoque aufer; Qu. Rosc. 32. utrum omnino Fannium ab Flavio HS ɔɔɔɔɔɔɔɔɔɔ non abstulisse, an alio nomine et alia de causa abstulisse? ib. 40. dicimus C. Verrem ... quadringentiens sestertium ex Sicilia contra leges abstulisse; Verr. a. pr. 56. C. Verrem HS quadringentiens contra leges abstulisse; ib. I, 27. quae vis erat in Volcatio tanta, ut HS ɔɔɔɔ milia duobus hominibus ‖ nominibus ‖ auferret? ib. II, 26. si eundem populum HS ɔɔ milia poposcit eaque coëgit atque abstulit; ib. 143. tu ex pecunia publica HS terdeciens scribam tuum permissu tuo cum abstulisse fateare ..; ib. III, 184. in eadem civitate apparitori tuo esse concessum, ut HS terdeciens uno nomine auferret? ib. ipse armarii fundum exsecuit et HS * et auri quinque pondo abstulit; Cluent. 179. ſ. a, I. aufero; Qu. Rosc. 39. 41. ✕. Verr. III, 179. V, 15 (S. 3. b. ſ.).

signa: Chio per vim signa pulcherrima (Verrem) dico abstulisse; item Erythris et Halicarnasso; Verr. I, 48. non dicam illinc hoc signum ablatum esse et illud: hoc dico, nullum te Aspendi signum .. reliquisse; ib. 58. qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant, non ablata ex urbibus sociorum atque amicorum quadridui causa per simulationem aedilitatis domum deinde atque ad suas villas auferebant; ib. IV, 6. haec omnia, quae dixi, signa .. ab Heio e sacrario Verres abstulit; ib. 7. te .. ista (signa) simulatione emptionis vi ... ab homine eo ... eripuisse atque abstulisse; ib. 14. ab Lysone vero Lilybaetano ... Apollinis signum ablatum certe non oportuit; ib. 37. quod publicum populi Romani signum ... non dubitavit auferre; ib. 88. quem ad modum signum esset ablatum; ib. 100. quod (signum Apollinis) iste si portare potuisset, non dubitasset auferre; ib. 119. ut multo appositior ad ferenda quam ad auferenda

signa esse videatur; ib. 126. signum de busto meretricis ablatum isti dedit; dom. 112. ſ. ebur.

simulacrum: simulacra .. deorum, quae non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris; Verr. I, 7. quid? ex aede Liberi simulacrum Aristaei non tuo imperio palam ablatum est? quid? ex aede Iovis religiosissimum simulacrum Iovis Imperatoris ... nonne abstulisti? ib. IV, 128. qui simulacra deorum abstulisset; ib. 151. ut simulacrum Cereris ... e sacrario Catina convellendum auferendumque curaverit; ib. V, 187. ſ. ebur.

spem: ut alter dies amicis istius ac defensoribus non modo spem victoriae, sed etiam voluntatem defensionis auferret; Verr. I, 20.

spiritum: „ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur (‚quid dabis)?“ Verr. V, 118.

statuas: prope modum non minus multas statuas istum posuisse Syracusis quam abstulisse; Verr. II, 154. ſ. II, 1.

studia: ſ. occursationes.

supellectilem: tu C. Cacurii ... supellectilem omnem auferre non dubitasti; Verr. IV, 37.

tabulas: iste ... omnis eas tabulas abstulit; Verr. IV, 122. ſ. ebur.

Tenem: Tenem, pulcherrime factum, ... abstulit magno cum gemitu civitatis; Verr. I, 49.

toreumata; toreumata sane nota et pretiosa auferuntur; Verr. II, 128.

turibulum: ſ. patellam.

vas: quod vas eius modi ... a se esset ablatum; Verr. IV, 32. ab hoc abaci vasa omnia, ut exposita fuerunt, abstulit; ib. 35.

vectigal: cum una excursio equitatus perbrevi tempore totius anni vectigal auferre possit; imp. Pomp. 16.

Venerem: quid arbitramini Reginos ... mererе velle, ut ab eis marmorea Venus illa auferatur? Verr. IV, 135.

vestem: ſ. argentum; Verr. I, 28. V, 73.

vim: ſ. crateras.

vitam: nunc autem quis dubitat quin ei vitam abstulerit ipsa legatio? Phil. IX, 5.

voluntatem: ſ. spem.

Lücke: *neque* vestro iudicio *absta*leritis mihi * * neque eripue*ritis rei publicae* spem liberta*tis*; Rabir. 34.

aufugio, entfliehen: alqs: quasi vero ... non apertissime consulem ... compilarit et propter impudentissimum furtum aufugerit; Verr. I, 35.

archipirata: quid, si aufugisset (archipirata), si vincula rupisset ita, ut Nico ille [nobilissimus pirata] fecit? Verr. V, 79.

augeo, vergrößern, vermehren, fördern, bereichern, verherrlichen, übertreiben: I. **absolut:** 1. **unperſönlich:** etenim est gravius spoliari fortunis quam non augeri dignitate; Planc. 22.

2. **perſönlich:** iam non videtur locus esse qui tantos acervos pecuniae capiat. auget, addit, accumulat; leg. agr. II, 59.

II. **mit Object:** alqm: tamen auget atque onerat te bonis condicionibus, si tu ‖si‖ uti velis; Verr. III, 138. hac tanta praeda auctus, mancipiis, argento, veste locupletatus, nihilo diligentior ad classem ornandam ... esse coepit; ib. V, 80. quorum (deorum) beneficio et haec tenuimus et ceteris rebus aucti sumus; sen. 2. hi ne honore augeantur, monent; har. resp. 56. eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur et certam in sedem civitatis ... ascribimur; ib. 57. postea sum cultus ‖custoditus sum, al.‖ a te, tu a me auctus ‖observatus, al.‖ in petitione quaesturae; Phil. II, 49. ut idem dies non modo iniquissima me invidia liberarit, sed etiam celeberrima populi Romani gratulatione auxerit; ib. XIV, 16.

alqd: vereor ne, haec qui non viderint, omnia me nimis augere atque ornare arbitrentur; Verr. IV, 124.

amicos: ſ. **amicus,** B, I, 2, a. augeo, 2 Stellen (S. 208, a).

animos: eorum (civium improborum) augeas animos, bonorum spem virtutemque debilites? Phil. VII, 5.

beneficia: ut vestra beneficia, quae in me contulistis, aut in huius salute augeatis aut in eiusdem exitio occasura esse videatis; Milo 100.

bonitatem: quam quidem vos, iudices, eius in novo genere bonitatem ... non modo *non* aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis; Rab. Post. 44.

calamitatem: simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus ..; Verr. a. pr. 14.

censum: nam locupletissimi cuiusque censum extenuarant, tenuissimi auxerant; Verr. II, 138.

civitatem: ſ. nomen; Balb. 31.

commoda: mihi ... nec in perferendo labore industriam nec in vestris commodis augendis gratam animi benevolentiam defuturam; Quir. 24. senatum autem ipsum ... plebis libertatem et commoda tueri atque augere voluerunt; Sest. 137. uti ... consules ... inirent .. rationem de commodis militum veteranorum augendis; Phil. V, 53.

crimen; non mehercule augendi criminis causa .. dicam, sed ..; Verr. III, 46. non enim verbi neque criminis augendi causa complector omnia; ib. IV, 2. num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimen? ib. V, 147.

cumulum: augent magnum quendam cumulum aeris alieni; Fr. B. XIII, II, 4.

decisionem: sed hanc decisionem Roscii oratione et opinione augere licet; re et veritate mediocrem et tenuem esse invenietis; Qu. Rosc. 33.

desiderium: an dies auget eius desiderium an magis oblivionem? prov. cons. 29.

dignitatem: ut non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videamini; Quir. 6. qua quidem in sententia si Cn. Pompei dignitas aucta est, coniuncta cum utilitate communi ..; dom. 27. opus erat ‖posuerat‖ enim auctoritate ‖auctoritatem‖, quae est in his omnibus ‖* *‖, sed tamen auget et aetas et honos dignitatatem; ib. 117. qui te suae dignitatis augendae causa ... ferri praecipitem est facile passus; Vatin. 39. pro mea perpetua cupiditate vestrae dignitatis retinendae et augendae quaeso ..; Phil. VII, 8.

diligentiam: cum in animis hominum tantae latebrae sint et tanti recessus, augeamus sane suspicionem tuam: simul enim augebimus diligentiam; Marcell. 22.

facinus: invenietis enim id facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum; Verr. II, 82.

fortunas: cogitate ... quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox paene delerit; Catil. IV, 19.

gladiatores: ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, ... ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique discedant? Sex. Rosc. 8.

gloriam: singularis illa et huic uni concessa gloria, quae cotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis, iam Clodii morte cecidit; Milo 34.

homines: ſ. gladiatores.

honorem: NE DETERIORIBUS REPULSISQUE HONOS AUGERATUR; har. resp. 56.

imperium: quis est tam vaecors qui ... non intellegat eorum (deorum) numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? har. resp. 19. admodum adulescentes consules facti tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint; Phil. V, 48. ſ. nomen; Sex. Rosc. 50.

invidiam: huic ego causae ... actor accessi, non ut augerem invidiam ordinis, sed ut infamiae communi succurrerem; Verr. a. pr. 2.

libertatem: ſ. commoda; Sest. 137.

luctum, maerorem: qui vos ... orat, ne suum luctum patris lacrimis, patris maerorem suo fletu augeatis; Flacc. 106.

magnitudinem: qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quam in me ... contulistis, non modo augere et ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit; Quir. 5.

mercedem: quae deliberatio non in reddenda ..., sed ... in augenda mercede consumpta est; Quir. 12. quam ob rem augete ‖augere‖ etiam mercedem ‖mercedes‖, si voltis, Q. Mucii; Fr. B. VIII, 13.

metum: [in] hoc auxerunt dimicationis metum, quod numquam infitiando suspicionem hominum curamque minuerunt; sen. 33.

molestiam: augebatur autem eius molestia cotidianis querimoniis et adsiduo fletu sororis; Cluent. 16. „minuis" inquit „gloriam Pompei." immo tu auges molestiam; Flacc. 29.

multitudinem: ſ. magnitudinem.

nomen: quibus rebus et agris et urbibus et nationibus rem publicam atque hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt; Sex. Rosc. 50. alterius res et terra et mari calamitosae vehementer et opes regis et nomen auxerunt; Muren. 33. quibus (triumphis) ille ... auxit nomen populi Romani imperiumque honestavit; dom. 19. illud vero ... maxime nostrum fundavit imperium et populi Romani nomen auxit, quod princeps ille creator huius urbis, Romulus, foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere; Balb. 31. si quid mihi potest a re publica esse seiunctum ... privatim ad meum nomen augendum; Piso. 32.

numerum: cur quaestores additi? cur legatorum numerus auctus? Phil. II, 31. cum supplicationes iustissimas ... decernere debeamus ..., augebo omnino numerum dierum; ib. XIV, 11.

opes: ſ. nomen; Muren. 33.

pecuniam: quae (mater) ab sese postea aucta pecunia maiore praemio, orbata filio minore periculo necaretur; Cluent. 45. privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri; leg. agr. II, 15.

possessores: ut Sullanos possessores divitiis augeatis, periculo liberetis? leg. agr. II, 69.

regionem: tractus ille celeberrimus, Venafranus, Allifanus, tota denique nostra illa ‖ea nostra ita‖ aspera ... regio se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur; Planc. 22.

rem: ita se in provincia rem augere oportere, ut ne quid de libertate deperderet; Verr. II, 73. *ut augendae rei negotiando operam dare posset;* Tull. 14. ut in augenda re non avaritiae praedam, sed instrumentum bonitati quaerere videretur; Rab. Post. 3. qui vero duo lauta ... patrimonia accepisset remque praeterea bonis et honestis rationibus auxisset ..; ib. 38.

rem publicam: qui hanc tantam rem publicam suis consiliis aut laboribus aut auxerint aut defenderint aut servarint; Sest. 143. in ea re publica, quam ipse decorarat atque auxerat; Piso 27. ſ. nomen; Sex. Rosc. 50.

sicarios: ſ. gladiatores.

spem: auxerat autem meam quidem spem, credo item vestram, quod domum Antonii adflictam maestitia audiebam; Phil. XII, 2.

suspicionem: quod [in ipso iudicio] eius ipsius cupiditatis, cuius insimularetur, suspicionem augeret; Verr. IV, 38. quod ... hanc .. suspicionem augeret Staieni improbitas et non nullorum ... iudicum turpitudo; Cluent. 79. ſ. diligentiam.

tractum: ſ. regionem.

veteranos: ego vero veteranos ... non tueri solum, sed etiam commodis augere debeo; Phil. XI, 37.

virum: augeatur igitur isto honore etiam is vir, cui nullus honos tribui non debitus potest; Phil. IX, 15.

vitium: quod quidem vitium ventris et gurgitis non modo non minuit aetas hominibus, sed etiam auget; Cael. 44.

urbem: Olympum vi ... cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam; Verr. I, 56.

augur, Augur: I. **abſolut**: 1. **Subject und Attribut**: accipit: quibus auspiciis istos fascis augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? Phil. XIV, 14.

adseverat: ſ. dicit; Phil. II, 80.

adsunt: dico apud pontifices; augures adsunt; versor in medio iure publico; dom. 34.

arbitratur: quid? quod cum eo conlega (legem) tulit, quem ipse fecit sua nuntiatione vitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur pertinere arbitratus est? Phil. V, 9.

confitetur: ſ. dicit; Phil. V, 8.

decernit: quaero ... utrum decreturus fueris, id quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse, an, quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus? Vatin. 20.

dicit: tum hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse dixit, ut comitia auspiciis vel impedire vel vitiare posset, idque se facturum esse adseveravit; Phil. II, 80. quam legem igitur se augur dicit tulisse non modo tonante Iove, sed propo caelesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam confiteri? ib. V, 8. ſ. II, 1. interrogo.

dissolvit: ſ. decernit. — dubitat: ſ. dicit; Phil. V, 8. — est praeditus: ſ. dicit; Phil. II, 80.

evertunt: si et sacrorum iure pontifices et auspiciorum religione augures totum evertunt tribunatum tuum, quid quaeris amplius? dom. 41.

facit: Q. Scaevolam augurem memoria teneo bello Marsico ... cotidie ... facere omnibus conveniendi potestatem sui: nec eum quisquam illo bello vidit in lecto; Phil. VIII, 31. ſ. arbitratur dicit; Phil. II, 80.

fert: ſ. arbitratur. dicit; Phil. V, 8. — habet: ſ. accipit. — impedit: ſ. dicit; Phil. II, 80.

inquit: confecto negotio bonus augur — C. Laelium diceres — „alio die" inquit; Phil. II, 83.

neglegit: servabant auspicia reges, quae hic consul augurque neglexit; Phil. III, 9.

nuntiat: si nihil est, cum augur eis verbis nuntiat, quibus tu nuntiasti, confitere te, cum „alio die" dixeris, sobrium non fuisse; sin est aliqua vis in istis verbis, ea quae sit augur a conlega requiro; Phil. II, 84.

obnuntiat: ementitus es auspicia; obstrinxisti religione populum Romanum; augur auguri, consul consuli obnuntiasti; Phil. II, 83.

potest: ſ. dicit; Phil. II, 80.

reicit: si Q. Scaevola ille augur, cum de iure praediatorio consuleretur, ... consultores suos non numquam ad ... praediatores reiciebat ..; Balb. 45.

requirit: ſ. nuntiat.

respondent: tu M. Bibulum in contionem, tu augures produxisti; a te interrogati ‖interrogante, al.‖ augures responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse; dom. 40.

tollit: cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisses; Phil. II, 6.

tradit: ſ. accipit. — vitiat: ſ. dicit; Phil II, 80.

ohne Verb: quid? per auspicia (lex) ferri potuit? sed augur verecundus sine conlegis de auspiciis; Phil. V, 7.

2. **Prädicat**: sum: neque enim tu umquam stante ... urbe te augurem fore putasti; Vatin. 21. istud, quod te sacerdotii iure facere posse dixisti, si augur non esses et consul esses, minus facere potuisses; Phil. II, 81.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: constituo: isti xviri cum ... centum decuriones, decem augu-

res, sex pontifices constituerint ..; leg. agr. II, 96.

consulo: ſ. I, 1. reicit.

decet: nec scit quod augurem nec facit quod pudentem decet; Phil. II, 81.

expeto: quo enim tempore me augurem a toto conlegio expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt ..; Phil. II, 4.

facio: cogitarisne ... augur fieri in Q. Metelli locum? Vatin. 19. si, id quod concupieras, augur factus esses ..; ib. 20.

fero: adeone ... captam hanc urbem ... putaris, ut augurem Vatinium ferre possemus? Vatin. 19.

interrogo: augures interrogabat quae ita lata essent rectene lata essent? illi vitio lata esse dicebant; har. resp. 48. ſ. I, 1. respondent.

nomino: ſ. expeto.

produco: ſ. I, 1. respondent.

sancio: utrum igitur augurem Iovis Optimi Maximi ... populus Romanus libentius sanciet, Pompeium an Antonium? Phil. XIII, 12.

video: ſ. I, 1. facit.

2. **Dativ**: obnuntio: ſ. I, 1. obnuntiat.

3. **mit Präpoſ.**: venio ad: venio ad augures, quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor; non sum in exquirendo iure augurum curiosus; dom. 39.

III. **nach Subſtantiven**: ius, libri: ſ. II, 3. responsa: tuis actionibus augurum responsa atque eius conlegii adrogantiam impedimento non futura; Vatin. 14.

IV. **Umſtand**: a: nuntiari: oblitus auspiciorum a te ipso augure populi Romani nuntiatorum ‖pronuntiante, al.‖; Phil. I, 31.

auguratus, Augurnamt: I. peto: poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia C. Curio non esset? Phil. II, 4.

loquor de: ne diutius loquar de auguratu tuo, quod invitus facio ut recorder ruinas rei publicae ..; Vatin. 21.

II. locus: reliqua populus Romanus in ea familia ... persequetur, in primis paternum auguratus locum, in quem ‖que‖ ego eum ... mea nominatione cooptabo; Phil. XIII, 12.

petitio: auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. o incredibilem audaciam! Phil. II, 4.

plaga: si ad cetera volnera, quibus rem publicam putasti deletum iri ‖deleri‖, hanc quoque mortiferam plagam inflixisses auguratus tui ..; Vatin. 20.

augurium, Weiſſagung, Ahnung: I. o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum! Phil. II, 89.

II. contineri: qui (maiores nostri) statas sollemnisque caerimonias pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates augurio ... contineri putaverunt; har. resp. 18.

auguror, vorausſagen; auguratus, geweiht: alqs: ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, ... iam usus flectet; Muren. 65.

homines: cum ex nomine istius quid iste in provincia facturus esset perridicule homines augurabantur; Verr. II, 18.

locus, templum: cum L. Vettium ... indicem in rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco conlocaris; Vatin. 24.

augustus, erhaben, ehrwürdig, heilig: alqd: de sacris publicis ... quod tres pontifices statuissent, id semper populo Romano, semper senatui, semper ipsis dis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est; har. resp. 12.

auspicia: cruentis manibus scelus ... confitens ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? Milo 43.

locus: post autem senatus in loco augusto consecratam iam ‖eam‖ aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit; dom. 137.

templum: mater Idaea, quam apud Enguinos augustissimo et religiosissimo in templo sic spoliatam reliquit, ut ..; Verr. V, 186.

avia, Großmutter: I. dicit, flet: Malleolus a me productus est et mater eius atque avia, quae miserae flentes eversum a te puerum patriis bonis esse dixerunt; Verr. I, 93.

postulat: cum saepius mater et avia pueri postularent, uti ... diceret saltem quantum pecuniae Malleoli deportasset ..; Verr. I, 92.

II, 1. neco: quid? aviam tuam, Oppianice, Dinaeam, cui tu es heres, pater tuus non manifesto necavit? Cluent. 40.

produco: ſ. 1. dicit.

2. sum heres: ſ. I. neco.

III. testimonium: recita omnium testimonia. TESTIMONIUM MATRIS ET AVIAE; Verr. I, 94.

avide, begierig: exspecto: ante .. quam sit ea res, quam avidissime civitas exspectat, adlata; Phil. XIV, 1.

aviditas, Begierde, Habgier: huius mendicitas aviditate coniuncta in fortunas nostras imminebat; Phil. V, 20.

avidus, begierig, habgierig: I. **bei Subſtantiven**: alqs: et quoniam semper appetentes gloriae praeter ceteras gentis atque avidi laudis fuistis ..; imp. Pomp. 7. quid, si istud ne gloriae tuae quidem satis est? cuius te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis; Marcell. 25. quam avidum (hunc futurum fuisse censetis) in pecuniis locupletium, qui pauperum sanguinem concupisset? Phil. V, 22.

festinatio: mea autem festinatio non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis; Phil. III, 2.

legio: cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset; Phil. XIV, 26.

II. **allein**: fraudo: considera ... quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? ... callidum imperitus, liberalis avidum. incredibile est; Qu. Rosc. 21.

avitus, großväterlich, uralt: I. **bei Subſtantiven**: bona: „cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis ... repetita moverunt?“ Cael. 34.

fundus: ut meliore *iure* tui soceri fundus Hirpinus ‖Irp. | sit ... quam meus paternus avitusque fundus Arpinas; leg. agr. III, 8.

honos: tibi enim consulatus quaerebatur, Metello paternus honos et avitus neglebatur; Verr. III, 43.

possessiones: vobis ... gleba nulla de paternis atque avitis *his* possessionibus relinquetur; leg. agr. II, 82.

regnum: regem spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges ... contulisse; imp. Pomp. 21. rex Ptolemaeus ... fretus imperio populi Romani regno paterno atque avito regali otio perfruebatur; Sest. 57.

res: nulla res cuiusquam tam patria ‖tam patria cuiusquam‖ atque avita fuit quae non ab eo imperio istius abiudicaretur; Verr. a. pr. 13.

II. **allein**: EA OMNIA EO IURE SINT ... UT QUAE OPTIMO IURE PRIVATA SUNT ‖SINT‖. etiamne meliore quam paterna et avita? meliore; leg. agr. III, 7.

aulaeum, Vorhang: tollo: in quo (mimo) cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus; deinde scabilla concrepant; aulaeum tollitur; Cael. 65.

auloedus, Flötenſpieler: sum: ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerint, sic ..; Muren. 29.

avoco, abrufen, abziehen: alqm: Sex. Rosc. 90. Arch. 12. Balb. 59. 60. Phil. II, 23. 115. VI,

6. — animos (litterae): har. resp. 18. — plebem; Sest. 103. ſ. a, 1. avoco (S. 4, a).

aura, Hauch, Wehen, Gunſt: 1. commutat: nox interposita saepe perturbat omnia et totam opinionem parva non numquam commutat aura, rumoris; Muren. 35.

demovet, potest: quem neque periculi tempestas neque honoris aura potuit umquam de suo cursu aut spe aut metu demovere; Sest. 101.

provehit: Sulpicium ab optima causa profectum ... longius quam voluit popularis aura provexit; har. resp. 43.

II. adflo: sperat sibi auram posse aliquam adflari in hoc crimine voluntatis defensionisque ‖ dissensionisque‖ eorum, quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit; Verr. I, 35.

auratus, vergoldet: currus: itaque P. Lentuli beneficio ... non reducti sumus in patriam ..., sed equis insignibus et curru aurato reportati; sen. 28.

aureus, golden: anulus: ſ. **anulus,** I. declarat. deterret. est. II. comminuo. detraho; Verr. III, 187. invenio. III. donare (S. 254, b. f.).

bullae: bullas aureas omnis ex eis valvis, quae erant multae et graves, non dubitavit auferre; Verr. IV, 124.

corona: primum ut in oppidum introferretur (Castricius mortuus) ...; deinde ut ferrent ephebi; postremo ut imponeretur aurea corona mortuo; Flacc. 75. cum vero coronam auream litteris imponebant, re vera non plus aurum tibi quam monedulae committebant; ib. 76.

manubrium: erat etiam [vas vinarium] ex una gemma pergrandi trulla excavata cum ‖ excavata‖ manubrio aureo; Verr. IV, 62.

nomen: venio nunc ad illud nomen aureum [Chrysogoni]; Sex. Rosc. 124.

nummi: cum Aquilae primi pili ‖ primipilo‖ nummos aureos daret; Phil. XII, 20.

pocula, scaphia: tum illa, ex patellis et turibulis quae evellerat, ita scite in aureis poculis inligabat, ita apte in scaphiis aureis includebat ‖ concludebat‖, ut ea ad illam rem nata esse diceres; Verr. IV, 54.

sella: sedebat in rostris conlega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus; Phil. II, 85.

vas: cum vas nullum fieret nisi aureum; Verr. IV, 54. quis enim est qui de hac officina, qui de vasis aureis ... non audierit? ib. 55. iste cum aliquot abacorum faceret vasa aurea ..; ib. 57. exponit ... pulcherrima vasa argentea; nam haec aurea nondum fecerat; ib. 62.

aurifex, Goldſchmied: voco: cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari in forum ad sellam Cordubae et ei palam appendit aurum; Verr. IV, 56.

auris, Ohr: I. **Subject:** accipiunt: nunc primum aures tuae hoc crimen accipiunt? Verr. II, 24.

conquiescunt, defetiscuntur: quia (hic homo) suppeditat nobis ubi ... aures convicio defessae conquiescant; Arch. 12.

custodiunt, faciunt: multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient; Catil. I, 6.

discunt, ferunt: ut vero Pansae consulis accessit cohortatio gravior quam aures Ser. Sulpicii ferre didicissent, tum ..; Phil. IX, 9.

intersunt: ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi [populi Romani] interesse videantur; Verr. a. pr. 48.

patent: si domus, si animus, si aures patent omnibus; Sulla 26. meam domum measque auris dies noctisque omnium praeceptis monitisque patuisse; Phil. XIV, 20.

peregrinantur: an vero ... vestrae peregrinantur aures neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur? Milo 33.

respuunt: cuius aures umquam haec respuerent conatum esse audacter hominem ... in omni flagitio ... versatum? Sulla 70. sequestremne Plancium? respuerent aures, nemo agnosceret, repudiarent; Planc. 44.

speculantur: ſ. custodiunt.

sunt hebetes: postea quam sensi populi Romani auris hebetiores, oculos autem esse acris atque acutos ..; Planc. 66.

versantur: ſ. peregrinantur.

videntur: ſ. intersunt.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adhibeo: quorum ... alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset; Arch. 5.

admoveo: mentis vestras, non solum auris, ad haruspicum vocem admovete; har. resp. 20.

celebro: cuius litteris, fama, nuntiis celebrantur aures cotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum; prov. cons. 22.

compleo: completi sunt animi auresque vestrae, Quirites, me ... commodo vestro ‖ commodis vestris‖ obsistere; leg. agr. III, 3.

dedo: qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis phoetis ... auris suas dederet; Arch. 26.

erigo: quo tempore igitur auris iudex erigeret animumque attenderet? Verr. I, 28. erigite mentis aurisque vestras et me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite! Sulla 33.

obtundo: obtuderunt eius auris te socium praetoris fuisse; Verr. III, 157.

offendo: sed iam hoc totum omitto, non tam ne offendam tuas patientissimas auris, quam ..; Ligar. 24.

praetervehor: etenim ei succedo orationi, quae non praetervecta sit auris vestras, sed in animis omnium penitus insederit; Balb. 4.

refercio: cataplus ‖ artata plus, al. ‖ ille Puteolanus ..., tum subinvisum apud malevolos Postumi nomen ... aestatem unam ‖ una‖, non pluris, auris refersit istis sermonibus; Rab. Post. 40.

celebro, zahlreich besuchen, beleben, erfüllen, verbreiten, feiern, verherrlichen, preisen: I. **mit Ergänzungssatz**: 1. delatum [tum] est ad vos, pontifices, et post omnium sermone celebratum, quem ad modum iste praeposteris verbis ... omnia ... fecerit; dom. 140.

2. quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam nuntii litteraeque celebrarant ||celebrassent||; Muren. 89.

II. **mit Object**: alqm: „tamen omni in hominum coetu gratiis agendis et gratulationibus habendis et omni sermone celebramur“; Milo 98.

alqd: quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est quam si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? Flacc. 65. itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari; Arch. 20. quorum (pontificum) de sententia illa eadem renovata atque instaurata celebrantur; har. resp. 21. haec ampla sunt, haec divina, haec immortalia; haec fama celebrantur, monumentis annalium mandantur; Sest. 102. quod obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est; Cael. 6. nihil enim est ex meis temporibus, quod minus pervagatum quodque minus .. mea commemoratione celebratum sit; Planc. 95.

adventus: in ceteris Asiae partibus cunctaeque Graeciae sic eius adventus celebrabantur, ut ..; Arch. 4.

auris: cuius litteris, fama, nuntiis celebrantur aures cotidie meae novis nominibus gentium, nationum, locorum; prov. cons. 22.

avum: pater enim fuit equestri loco; avus nulla inlustri laude celebratus; Muren. 16.

caedem: illa caedes Asuvii Larinatis ... quam clara tum recenti re fuit, quam omnium sermone celebrata? Cluent. 36.

constantiam: semper illius gravitatem, constantiam, fidem, praestantem in re publica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama celebrabit; Phil. IX, 10.

contiones: is, qui antea cantorum convicio contiones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiciebatur; Sest. 118.

convivium: poscunt maioribus poculis; celebratur omnium sermone laetitiaque convivium; Verr. I, 66.

curam: ſ. constantiam.

dies: celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris; Catil. III, 23. quantum ad festos dies ludorum celebrandos ... conceditur temporum; Arch. 13. quid (dicam) eos dies, qui quasi deorum immortalium festi atque sollemnes apud omnis sunt adventu meo redituque celebrati? Piso 51.

discriptionem: servorum omnium vicatim celebrabatur tota urbe discriptio; dom. 129.

domum: a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur ..; Muren. 70.

egressum: itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, at ominibus saltem bonis, ut consules ..., prosequebantur; Piso 31.

famam: quae quorum ingeniis efferuntur, ab eis populi Romani fama celebratur; Arch. 21.

fidem: ſ. constantiam.

genus: id autem spectaculi genus erat, quod omni frequentia atque omni genere hominum celebratur; Sest. 124.

gloriam: ſ. laudem; Arch. 19.

gravitatem: ſ. constantiam.

hostem: nos etiam hostem litteris nostris et memoria videmus esse celebratum; Sest. 142.

iudicium: quorum studio et dignitate celebrari hoc iudicium, ornari causam ... vides; Sulla 4.

laudem: cum omne olim studium ... contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam; Arch. 19. ego Caesaris laudibus desim, quas ... plurimis atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas? Planc. 93. haec nimirum ||† mira|| laus est, quae non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur; Rab. Post. 43. itaque, C. Caesar, bellicae tuae laudes celebrabuntur illae quidem non solum nostris, sed paene omnium gentium litteris atque linguis; Marcell. 9.

ludos: quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum ... Megalesibus fieri celebrarique voluerunt? har. resp. 24. cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Phil. II, 31.

mortem: huius in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis; Muren. 75.

prudentiam: ſ. constantiam.

res: scio me in rebus celebratissimis omnium sermone versari; Phil. II, 57.

sepulcrum: cuius damnatione sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est; Flacc. 95.

sermonem: quod † sermo hominum ad memoriam patrum [virtute] celebretur ||quam sermo hominum ac memoria patrum virtutem celebret, al.||; Rab. Post. 2.

Verria: cuius nomine apud Siculos festi dies ‖ dies festi ‖ agitantur et praeclara illa Verria celebrantur? Verr. II, 114.

viam: cum ... viae multitudine legatorum undique missorum celebrabantur; Sest. 131. „ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares?" Cael. 34.

celer, ſchnell: cursus: ex quo indicari potest virtutis esse quam aetatis cursum celeriorem; Phil. V, 48.

reditus: videbam vivo senatu populoque Romano celerem mihi summa cum dignitate reditum; dom. 64.

celeritas, Schnelligkeit, Eile, Haſt, Gewandtheit, ſchnelle Wirkung: I. **Subject**: declarat: quo in negotio industriam meam celeritas reditionis ... declaravit; Verr. I, 16.

est quae: recordamini ... quae fuerit celeritas reditus eius; Milo 61. quae celeritas illa Bruti! quae cura! quae virtus! Phil. X, 11. — quanta, tanta, virtus: neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae volgo existimantur, ... celeritas in conficiendo, consilium in providendo; quae tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus ... non fuerunt; imp. Pomp. 29.

inlustrat, patefacit: sed omnis ista celeritas ac festinatio, quod inquisitionem ... sustulisti, illud patefecit et inlustravit, quod ..; Scaur. 30.

significat: quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? Sex. Rosc. 97.

II. **nach Verben**: 1. contemno: etsi ne C. ‖ nec ‖ quidem Antonii celeritas contemnenda est, quam nisi in via caducae hereditates retardassent, volasse eum ... diceres; Phil. X, 11.

detraho: celeritas detracta de causa est; Phil. VI, 15.

invenio: unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum inventum putatis? imp. Pomp. 40.

moror: tamen legatorum nomen ipsum et animos hominum et belli celeritatem morabitur; Phil. V, 26.

neglego: nos animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? Arch. 17.

•profero: tum illam incredibilem celeritatem seu potius audaciam protuli; Quinct. 88.

redimo: non vitam liberum, sed mortis celeritatem pretio redimere cogebantur parentes; Verr. V, 119.

reprehendo: in quo cum multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis; Fr. B. VI, 4.

retardo: ut eorum (membrorum) conlectio dispersa maerorque patrius celeritatem persequendi retardaret; imp. Pomp. 22. ſ. contemno.

2. indigeo: cum plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritatis; Phil. VI, 7.

3. opus est, utor: celeritate autem opus est: qua si essemus usi, bellum ... nullum haberemus; Phil. V, 53.

sum: haec Centuripina navis erat incredibili celeritate velis; Verr. V, 88.

4. dico de: ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? Cael. 60.

III. **nach Adjectiv**: avidus: mea autem festinatio non victoriae solum avida est, sed etiam celeritatis; Phil. III, 2.

IV. **Umſtand**: 1. advolare: quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit; Sest. 11.

conferri: omnis clarissimorum regum res gestas cum tuis ... nec celeritate conficiendi nec dissimilitudine bellorum posse conferri; Marcell. 5.

conficere: ille ... pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit; Flacc. 29.

consequi: Sestius cum illo exercitu summa celeritate C. Antonium consecutus est; Sest. 12.

explicare: testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit; imp. Pomp. 30.

geri: haec qua celeritate gesta sint quamquam videtis ..; imp. Pomp. 34.

iactare se: cum se homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi in illa oratione iactaret; Flacc. 48.

persequi: quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime quae dicerentur persequi posse; Sulla 42.

2. ad: non ad Q. Maximi sapientiam neque ad illius superioris Africani in re gerunda celeritatem ..., sed aliud genus imperatoris ... cognoscite; Verr. V, 25.

celeriter, ſchnell: adripio: quod enim ipse celeriter adripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur; Qu. Rosc. 31.

advehor: inde cisio celeriter ad urbem advectus, domum venit; Phil. II, 77.

antecello: celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit; Arch. 4.

cogo: senatum frequentem celeriter ... coëgi; Catil. III, 7.

consumo: desinite mirari haec tam celeriter esse consumpta; Phil. II, 67.

defloresco: mature enim et celeriter defloruescunt (hae deliciae); Cael. 44.

devehor: atque ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi; Phil. I, 9.

devoro: non modo unius patrimonium ..., sed urbis et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset; Phil. II, 67.

eo: celeriter isti, redisti; Phil. II, 78.

navigo: quam celeriter Cn. Pompeio duce tanti belli impetus navigavit; imp. Pomp. 34.

nuntio: res ab omni conventu cognita celeriter isti domum nuntiatur; Verr. II, 48.

perfero: non enim illum eximia vis remigum ... aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt; imp. Pomp. 40.

permano: (venenum) celerius potuit comestum quam epotum in venas ... permanare? Cluent. 173.

perstringo: sed reliquum vitae cursum videte, quem quidem celeriter perstringam; Phil. II, 47.

redeo: celeriter isti, redisti; Phil. II, 78.

refero: „qui rumores Africanos exciperent et celeriter ad se referrent"; Deiot. 25.

requiro: cum exporrecta tandem virtus clarissimi viri celeriter .. verum amicum ... requisivit; Piso 27.

transigo: ut [eo celerius] de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possimus ... pervenire; Verr. III, 60.

vindico: quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est; Catil. IV, 6.

cella, Kammer, Vorrathskammer, Kapelle: I. **abſolut**: 1. nulla: idem coquus, idem atriensis; pistor domi nullus, nulla cella; Piso 67.

2. sum: illi Capuam ... cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt; leg. agr. II, 89.

II. **nach Verben**: 1. fero: verum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt: ut omnia remittantur ..., istam cellam atque istam aestimationem negant ullo modo ferri posse; Verr. III, 203.

nomino: itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam rei publicae nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat; Verr. II, 5.

2. conloco in: cum in hac cella Concordiae, di immortales! in qua me consule salutares sententiae dictae sunt ..., cum gladiis homines conlocati stent; Phil. II, 19. in cella Concordiae conlocari armatos, latrones, sicarios; ib. V, 18.

do in: quamquam haec omitto; de cella loquor: placet vobis in cellam magistratibus vestris frumen-

tum Siculos dare gratis? Verr. III, 200. qui, *si* mille modium Verri suae partis in cellam gratis dedisset, duo milia nummum aut summum tria dedisset; ib. 201. tantundem detur in cellam quantum semper datum est, quod praeterea Verres imperat, id ... recusent; ib. cum optima aestimatione senatus frumentum eos in cellam dare voluisset; ib. 226. etiamne (debent) frumentum pro empto gratis dare? etiamne in cellam cum cupiant gratis dare, ultro pecuniam grandem addere? ib. 228.

emo in: data tibi est pecunia, Verres, .. qua frumentum tibi emeres in cellam; Verr. III, 202.

impero in: cum frumentum sibi in cellam imperavisset; div. Caec. 30. ne in cellam quod imperatur aestiment; Verr. II, 147. Sacerdos, ut in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit; ib. III, 214. summam faciam vobis ex litteris publici ac testimoniis civitatum frumenti in cellam imperati; ib. 225. cum ... ematur praeterea frumentum quot annis publice, postremo etiam in cellam magistratibus et legatis imperetur; ib. 227. (vgl. do in; Verr. III, 201).

includo in: qui ... armatos in cella Concordiae, cum senatum haberet, incluserit; Phil III. 30.

loquor de: ſ. do in; Verr. III, 200.

polliceor in: si hoc de cella atque hac aestimatione concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis; Verr. III, 200.

pono in: cum (candelabrum) suo tempore in cella Iovis Optimi Maximi poneretur; Verr. IV, 64.

sum pro: Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo maiorum vetere ac referto fuisse; Verr. II, 5.

sumo in: cum ex senatus consulto et ex legibus frumentum in cellam ei sumere liceret; Verr. III, 188. multos saepe viros bonos ... cum aratoribus ... frumentum, in cellam quod sumi oporteret, aestimasse; ib. reperietis quinquiens tanto .. amplius istum quam quantum in cellam sumere ei licitum sit, civitatibus imperasse; ib. 225.

III. **nach Subſtantiven:** 1. exempla: nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu successisti. quae sunt tibi igitur exempla ex ‖in‖ Sicilia cellae? Verr. III, 212.

nomen: sumpsisses id nummorum, quod tibi senatus cellae nomine concesserat; Verr. III, 195. „a me, cui singulos dari denarios a te oportuit, binos aufers et huic praedae ac direptioni cellae nomen imponis?“ ib. 197. qui omnes provincias habuerunt et frumentum cellae nomine imperaverunt; ib. 209. num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae sunt? ib. 212. multi magnas pecunias ... ista ratione cellae nomine coëgerunt; ib. 218. quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellae nomen aestimationis magnitudine consequatur; ib. 222. nemo est ex tanto numero aratorum, a quo pecunia cellae nomine non sit exacta; ib. 224. „feci quod arguis; cepi ‖coëgi‖ pecunias maximas cellae nomine“; ib. 225.

2. alqd de: ſ. 1. exempla. II, 2. polliceor in.

IV. **Umſtand:** in: conchyliatis Cn. Pompei peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres; Phil. II, 67. ſ. II, 2. conloco in; Phil. II, 19.

celo, verhehlen, verheimlichen, verbergen: 1. **abſolut:** idoneus ad: tempus ad insidiandum atque celandum idoneum eligunt; Tull. 34.

II. **mit Ergänzungsſatz:** cum igitur quae causa illius tumultus fuerit testes a nobis producti dixerint, ipse celarit; Verr. I, 80.

III. **mit Object:** alqm: dixit Phylarchus pro testimonio se ... cupisse te celare de phaleris; Verr. IV, 29. cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar; leg. agr. II, 12. credo celatum esse Cassium de Sulla uno; nam de ceteris certe sciebat; Sulla 39. celatam esse Clodiam dixit; Cael. 53. de armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? Deiot. 18. citius dixerim iactasse se aliquos, ut fuisse in ea societate viderentur, cum [conscii] non fuissent, quam ut quisquam celari vellet qui fuisset; Phil. II, 25. etenim vereor ne aut celatum me illis ipsis non honestum aut invitatum refugisse mihi sit turpissimum; ib. 32.

alqd: quod celari opus erat, habebant sepositum et reconditum; Verr. IV, 23. pervenit res ad istius auris, nescio quo modo; nam rex id celatum voluerat; ib. 64.

civis: pro quo (frumento) cum a P. Varinio praetore pecuniam accepisset, celavit suos civis utroque eis sumptum intulit; Flacc. 45.

cupiditatem: saepe enim vidi, qui ... cupidiores provinciae viderentur, triumphi nomine tegere atque celare cupiditatem suam; Piso 56.

dolorem: cupiebam animi dolorem voltu tegere et taciturnitate celare; Verr. a. pr. 21.

frumentum: sic Apronius decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum atque celatum, sed tritici septem milia medimnum ... tollit; Verr. III, 54.

homines: si veneno (te interemisset), Iovis ille ‖illius‖ quidem hospitalis numen numquam celare potuisset, homines fortasse celasset; Deiot. 18.

matrem: non est profecto de illo veneno celata mater; nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum; Cluent. 189.

numen: ſ. homines.

pecuniam: utrum illa quo ea pecunia ** sit an nunc de ea? „at habet et celat“; Rab. Post. 38.

cena, Mahlzeit, Mittageſſen, Faſtmahl: I. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** commemoro: quid ego adventus istius, prandia, cenas, equos muneraque commemorem? Verr. I, 49.

do: is cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano; Verr. IV, 48.

impero: ut ... non numquam etiam puerum vocaret, credo, cui cenam imperaret; Sex. Rosc. 59.

posco: Apronius interea cenam ac pocula poscebat; Verr. III, 62.

tollo: prius illum sepultum (esse) quam huic cenam sublatam; Scaur. c. 2. § 1.

2. **mit Präpoſitionen:** mitto ad: etiam filium suum ... foras ad propinquum suum quendam mittit ad cenam; Verr. I, 65.

redeo a: ſ. a, I, redeo (5 Stellen) S. 11, b.

voco ad: deinde ipsum [regem] ‖regem‖ ad cenam vocat ‖vocavit‖; Verr. IV, 62. vocat ad cenam deinde ipse praetorem; ib. ergo ad cenam petitionis causa si quis vocat, condemnetur; Muren. 74.

II. **nach Subſtantiv:** genera, ut omnis hominis libidines, omnia stupra, omnia cenarum conviviorumque genera ... delicatissimis versibus expresserit; Piso 70.

III. **Umſtand:** in: quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur; Catil. II, 22.

inter: ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. ... si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? Phil. II, 63.

post: „cum“ inquit „vomere post cenam te velle dixisses, in balneum te ducere coeperunt“; Deiot. 21.

cenaculum, oberes Stockwerk: Romam in montibus positam et convallibus, cenaculis sublatam atque suspensam ... prae sua Capua ... contemnent; leg. agr. II, 96.

ceno, ſpeiſen: **cenatus,** nach dem Eſſen: alqs: si domi illius aliquotiens fuisti, si ille apud te postea cenavit; div. Caec. 58. cenabat apud eum; argentum ille ceterum purum apposuerat; Verr. IV, 49. nulla supplicatio fuerit. cedo quis umquam cenarit stratus? Vatin. 30. quis umquam in luctu domestico, quis in funere familiari cenavit

cum toga pulla? ib. 31. fuisse meo necessario Bestiae Caelium familiarem; cenasse apud eum, ventitasse domum; Cael. 26. etenim eos una cenasse dixit, qui aut absunt aut quibus necesse est idem dicere; ib. convivium publicum non dignitatis causa inibit — nisi forte ut cum patribus conscriptis, hoc est, cum amatoribus suis, cenet —, sed plane animi sui causa; Piso 65. eodem te, cum cenavisses, rediturum dixeras; Deiot. 19. — cenatus: quid igitur causae excogitari potest cur te lautum voluerit, cenatum noluerit occidere? Deiot. 20. cum illa munera inspexisses cenatus, cum in cubiculo recubuisses; ib. 42. ſ. homo.

conviva, hospes: venenum hospiti aut convivae si diceretur cenanti ab illo datum; Scaur. c. 2. § 5.

homo: T. Caelium ..., hominem non obscurum, cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adulescentibus filiis isset, inventum esse mane iugulatum; Sex. Rosc. 64.

praetor: quid praetor edixisset, ubi cenaret, quo denuntiasset ‖quod enuntiasset, al.‖? leg. agr. II, 94.

vir: audiente hoc Servio Sulpicio, clarissimo viro, qui tum casu apud Domitium cenabat; Deiot. 32.

censeo, meinen, ſchätzen, dafür ſtimmen, beantragen, beſchließen, verordnen: I. **abſolut**: 1. **ſubſtantiviſch**: causa: quae (frequentia) convenit uno tempore undique comitiorum, ludorum censendique causa; Verr. a. pr. 54.

facere: constabat inter omnis, si aliena censendo Decianus sua facere posset, eum maxima habiturum esse; Flacc. 80.

2. **verbal**: alqs: illum de Gallia non discessisse, uti censuissemus; Phil. VIII, 21. quas ob res ita censeo: eorum ..; ib. 33. quas ob res ita censeo: cum ..; ib. IX, 15. de ea re ita censeo: cum ..; ib. X, 25. sed ut vestra quoque auctoritate firmentur ‖firmetur‖, censeo: cum ..; ib. XI, 29. sed ut aliquando sententia complectar, ita censeo: cum ..; ib. XIV, 36.

senatus: ista omnia, de quibus senatus censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? leg. agr. II, 36. „decrevit Flaccus.“ num aliud atque oportuit? „in liberos.“ num aliter censuit senatus? Flacc. 78. ut senatus contra quam ipse censuisset ad vestitum rediret; Piso 18. si, quem ad modum senatus censuit populusque iussit, ita fecisses; Planc. 42. vos in Africam non venire? „poteramusne“, inquies, „cum senatus censuisset?“ Ligar. 20. (vgl. II, 1 u. 2).

II. **mit Ergänzungsſatz**: 1. **Conjunctiv**: alqs: si quid artificio ... istius moliri cogitas, magno opere censeo desistas; Verr. V, 174. sed tu, Acci, consideres, censeo, diligenter, utrum ...; Cluent. 135. vereamini, censeo, ne in hoc scelere ... nimis aliquid severe statuisse videamini; Catil. IV, 13. qua re, Deciane, si cupidus es gloriae, alia ornamenta, censeo, quaeras; Flacc. 75. „amplissimos honores ut ... consequare, condiscas, censeo, mihi paulo diligentius supplicare“; Planc. 13. qua ex syngrapha quid sis acturus meditere censeo; Phil. II, 95.

2. **ut**: alqs: atque ita censuerunt, ut P. Lentulus ... in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius ... in custodiam traderentur; Catil. III, 14. sese otii mei causa ... censere ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga me adiungeretur; Sest. 74. de ea re ita censeo, uti C. Pansa A. Hirtius, consules designati, dent operam, uti ..; Phil. III, 37. „de ea re ita censuerunt, uti L. Opimius consul rem publicam defenderet“; ib. VIII, 14. ſ. 3. Phil. V, 34.

sententiae: cum ... exisserent non nullae ... sententiae, quae censerent, ut tribuni, ut praefecti, ut scribae, ut comites omnes magistratuum lege hac tenerentur; Rab. Post. 13.

3. **accus. c. infin.**: alqs: quibus tandem tu ‖tandem te, tandem‖, C. Eruci, argumentis accusatorem censes uti oportere? Sex. Rosc. 38. tanti maleficii crimen ... probare te, Eruci, censes posse talibus viris, si ..? ib. 72. quod si ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximam C. Verres iniuriam fecerit, utrum tandem censes hos [iudices] gravius ferre oportere ..? div. Caec. 54. quid censetis in hoc foedere faciendo voluisse Mamertinos impendere laboris ..., ne ..? Verr. V, 51. neque hoc idcirco postulo, quod te aliquid censeam praeterire oportere aut non quam ornatissime ... dicere; Tull. 6. quid censetis fore, si praetor iudicet eius modi caedes fieri iure posse? ib. 40. In ista defensione accusas eos, qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere? Caecin. 66. quod eum et ceteros, de quibus iudicastis, in custodiam dandos censuistis; Catil. IV, 5. qui (D. Silanus) censet eos, qui haec delere conati sunt, morte esse multandos; ib. 7. quid vos fieri censetis Trallibus? Flacc. 57. cum vos vestem mutandam censuissetis cunctique mutassetis; sen. 12. L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit; dom. 68. qua tandem istum perturbatione mentis ... totius .. urbis praedonem fuisse censetis, cum ..? ib. 140. cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda; prov. cons. 20. non fuit ea causa ... cur sibi censeret Pompeius quaestionem ferendam; Milo 21. cum (Caesar) pacis auctores conservandos statim censuerit, ceteris fuerit iratior; Marcell. 15. omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui; Phil. I, 1. primum igitur acta Caesaris servanda censeo; ib. 16. eos de vestra vita cogitare non censetis, quibus ..? ib. 38. hos auctoritate mea censes excitatos potius quam caritate rei publicae? ib. II, 27. quamquam nemo erat eorum, qui tum tecum fuerunt, qui mihi non censeret parci oportere; ib. 59. municipia, colonias, praefecturas num aliter iudicare censetis? ib. IV, 7. quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnis censeo per vim et contra auspicia latas eisque legibus populum non teneri; ib. V, 10. hanc ergo et reliquas eius modi leges, etiam si sine vi salvis auspiciis essent rogatae, censerem tamen abrogandas: nunc vero cur abrogandas censeam, quas iudico non rogatas? ib. 16. quae quamquam ... rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo; ib. 21. quo animo hunc futurum fuisse censetis in nos, quos oderat, cum ..? ib. 22. quam ob rem ... legatorum mentionem nullam censeo faciendam; rem administrandam arbitror sine ulla mora et confestim gerendam censeo; ib. 31. quapropter ne multa nobis cotidie decernenda sint, consulibus totam rem publicam commendandam censeo eisque permittendum, ut ..., censeoque, ut eis, qui in exercitu M. ‖exercitum‖ Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ..; ib. 34. quam ob rem his verbis ... senatus consultum faciendum censeo: cum ..; ib. 36. atque etiam M. Lepido pro eius ... meritis decernendos honores quam amplissimos censeo; ib. 38. quam ob causam ... senatus consultum his verbis censeo perscribendum: cum ..; ib. 40. hoc autem tempore ita censeo decernendum: quod ..; ib. 45. de exercitu autem C. Caesaris ita censeo decernundum: senatui placere ..; ib. 53. hominem .. audacissimum ... bello censui persequendum; ib. VI, 2 passurumne censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde tuto? ib. 6. qui (Marrucini) ignominia notandos censuerunt eos, si qui militiam subterfugissent; ib. VII, 23. tu arma abicienda censes, ut serviamus? ib. VIII, 12. cum ante legatos decerni non censuissem; ib. 21. qui (P. Servilius) hunc honorem statuae nemini tribuendum censuit nisi ei, qui ferro esset in legatione interfectus; ib. IX, 3. qui (P. Servilius) sepulcrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam

non censuit; ib. 14. cur (P. Servilius) quod illi datum est huic dandum esse non censet? ib. de M. Apuleio separatim censeo referendum; ib. X, 24. quid ergo hunc aliud moliri, quid optare censetis aut quam omnino causam esse belli? ib. XI, 3. quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? ib. 10. iudicavit hostem Dolabellam; bona censuit publice possidenda; ib. 15. eam quam dixi sententiam vobis ... censeo comprobandam; ib. 40. an vos A. Hirtium ..., C. Caesarem ... pacem velle censetis? ib. XII, 9. num eas (leges) restitui posse censetis? ib. 12. hos nunc omni scelere coopertos tolerabilis censes civitati fore? ib. 15. ego numquam legatos mittendos censui; ib. 17. quem vini anhelitum, quas contumelias fore censetis minasque verborum! ib. XIII, 4. propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum vestitum sine ulla dubitatione censerem; ib. XIV, 1. quam ob rem promissa nostra ... hodierno senatus consulto renovanda censeo; ib. 29. atque etiam censeo ... quae praemia militibus promisimus ... tributuros, ea vivis ... persolvenda; qui autem ... occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eadem tribuenda censeo; ib. 35. ſ. principes. — III. alqd.

civitates: ut (hae civitates) filium testimonio laederent, cuius patrem armis pellendum a suis moenibus censuissent; Flacc. 57.

consules: ſ. patres conscripti; Piso 52.

decumani: decumani, hoc est, principes et quasi senatores publicanorum, removendas de medio litteras censuerunt; Verr. II, 175.

maiores: itaque (maiores) decumas lege Hieronica semper vendundas censuerunt; Verr. III, 15. sic interpretor sensisse maiores nostros, ut causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum; Phil. IX, 3.

patres conscripti: me ... in ea ipsa domo ... pontifices, consules, patres conscripti conlocaverunt mihique ... pecunia publica aedificandam domum censuerunt; Piso 52. an me censetis, patres conscripti, quod vos inviti secuti estis, decreturum fuisse, ut ..? Phil. I, 13. vos censetis, patres conscripti, legatorum missionem populo Romano vos probavisse? ib. VII, 14. vitae censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? ib. XII, 21.

pontifices: ſ. patres conscripti; Piso 52.

principes: cum omnes principes civitatis, omnes ordinum atque aetatum omnium suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant; dom. 90. ſ. decumani.

senatores: ſ. decumani.

senatus hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium numero habendos censuit; Verr. I, 87. neque ea, quae senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare; leg. agr. II, 36. permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt; ib. universus senatus multo ante quam est lata lex de me, „gratias agendas“ censuit „civitatibus eis, quae M. Tullium ... civem optime de re publica meritum recepissent“; dom. 85. post autem senatus in loco augusto consecratam iam ‖eam‖ aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit; ib. 137. senatus .. frequens vestem pro mea salute mutandam censuit; Sest. 26. idem (senatus) ... imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit; Balb. 61. cum senatus luctum ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset; Piso 17. „eum (occidi), cuius supplicio senatus sollemnis religiones expiandas saepe censuit“; Milo 78. senatum censere atque e re publica existimare ‖aestimare‖ aedilis curulis edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii ... funeri remittere, ‖mittere al.‖; Phil. IX, 17. cum .. senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit; ib. XI, 29.

III. **mit Object:** alqm: is cum haberet unicam filiam neque census esset; Verr. I, 104. sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis heredem virginem neve mulierem faceret; ib. 107. quid, si plus legarit quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem Voconiam ei, qui census non sit, licet? ib. 110. eum, qui, cum liber esset, censeri nolnerit, ipsum sibi libertatem abiudicavisse; Caecin. 99. eum, qui sit census, [ita] se iam tum gessisse pro cive; Arch. 11.

alqd: alqs: quid tum? quid censes? Verr. III, 25. quid deinde? quid censetis? ib. V, 10. quid censetis, cum isti xviri cum imperio ... per [totum] orbem terrarum vagabuntur? leg. agr. II, 45. quid censetis, cum tot uno tempore inruperint ..., nonne nos nostris consiliis victos in perpetuum fore? Phil. XII, 13. quid censetis, cum iter ingressus ero, ... nullasne insidias extimescendas? ib. 22. Servilio adsentior, et hoc amplius censeo, Magnum Pompeium ... pro patris maiorumque suorum animo studioque in rem publicam ... fecisse; ib. 50. si vero coloniarum ... sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis urbis? ib. XIV, 10. — patres conscripti: institui referre ad vos, patres conscripti, ... et de facto quid iudicetis et de poena quid censeatis; Catil. IV, 6. haec si censueritis, patres conscripti, brevi tempore libertatem populi Romani ... recuperabitis; Phil. V, 34. — sapientia: quid sapientia? ... quid igitur censet? Phil. XIII, 6. — senatus: ex memoria vobis, Quirites, quid senatus censuerit exponam; Catil. III, 13. cum vero id senatus frequens censuisset ..; Piso 18.

censum: illud quaero, sint ne ista praedia censui censendo, habeant ius civile? Flacc. 80.

mulierem: in his nuper Annaea de multorum propinquorum sententia pecuniosa mulier quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam; Verr. I, 111.

partem: primis (censoribus) Iulio et Crasso nullam populi partem esse censam; Arch. 11.

praedia: in qua tribu denique ista praedia censuisti? Flacc. 80.

Siciliam: quinto quoque anno Sicilia tota censetur; erat censa praetore Peducaeo; quintus ‖inde‖ annus cum in te praetorem incidisset, censa denuo est; Verr. II, 139.

IV. **mit doppeltem Accusativ:** quid censes hunc ipsum Sex. Roscium, quo studio et qua intellegentia esse in rusticis rebus? Sex. Rosc. 49. quid municipia centetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio, quo contra commune incendium exarserat? Phil. XII, 7. — gloriosus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri ... . census es praeterea numeratae pecuniae CXXX ... . census es mancipia Amyntae ...; ac primo quidem pertinuit, cum te audisset servos suos esse censum; Flacc. 80.

censor, Censor, Sittenrichter: I. **absolut:** 1. **Subject und Appositionen:** addunt: video in multis veteribus legibus: Cn. Domitius L. Metellus censores ‖Metellus‖ addiderunt; L. Cassius Cn. Servilius censores addiderunt. volt aliquid eius modi C. Verres. dic. quid addidit? recita. Qui de L. Marcio M. Perperna censoribus ... ‖[redemerit, eum]‖, socium ne admittito; Verr. I, 143.

animadvertit: video ... animadvertisse censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent; Cluent. 119. hoc tu idem facies censor in senatu legendo? si erunt plures, qui ... pecuniam acceperint, tu non animanvertes in omnis, sed carpes, ut velis, et paucos ex multis ad ignominiam sortiere; ib. 129.

arbitrantur: censores denique ipsi saepe numero superiorum censorum iudiciis, si ista iudicia appellare voltis, non steterunt; atque etiam ipsi

inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat; ut alter de senatu movere velit, alter retineat et ordine amplissimo dignum existimet; ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet; Cluent. 122.

carpit: ſ. animadvertit; Cluent. 129. — committunt: ſ. II, 1. facio; Verr. II, 138. — comperiunt: ſ. dicit; Cluent. 126.

conferunt: censores CXXX facti sunt; pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt: haec denarium XXXIX milia palam salvis legibus contulerunt in statuam. primum quo tantam pecuniam? deinde quam ob rem censores ad statuam tibi conferebant? ordo aliqui censorum est? conlegium? genus aliquod hominum? ... censores quidem qui magis quam aediles? Verr. II, 137. quoniam de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi; ib. 141.

conlocat, consulit: Q. Marcius censor signum Concordiae fecerat idque in publico conlocarat. hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, conlegium vestrum consuluit num quid esse causae videretur quin id signum curiamque Concordiae dedicaret; dom 130.

curat: dicet vir clarissimus Cn. Lentulus censor, qui ... ad te litteras misit mittendasque curavit; Verr. V, 15.

dant: ſ. conferunt; Verr. II, 137. operam: ſ. faciunt; Verr. II, 138.

dedicat: censor enim, penes quem maiores nostri ... iudicium senatorum de dignitate esse voluerunt, Concordiae signum volebat in curia curiamque ei deae dedicare; dom. 130. tum censorem, hominem sanctissimum, simulacrum Concordiae dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt; ib. 137. ſ. conlocat.

dicit: quid igitur censores secuti sunt? ne ipsi quidem ... quicquam aliud dicent praeter sermonem atque famam; nihil se testibus ... comperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent: quod si ita fecissent, tamen id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret; Cluent. 126. patrem tuum ... L. Philippus censor avunculum suum praeteriit in recitando senatu; nihil enim poterat dicere qua re rata non essent, quae erant acta in ea re publica, in qua se illis ipsis ‖illis‖ temporibus censorem esse voluisset; dom. 84 ſ. curat. — 2. sum; Cluent. 134.

eicit: C. Atinius ... bona M. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, ... consecravit; dom. 123. ſ. subscribunt; Cluent. 135.

emit: ſ. II, 1. creo; Verr. II, 139. — existimat: ſ. arbitrantur. — explent: ſ. faciunt; Verr. II, 138.

faciunt: itaque illi censores fecerunt idem, quod in nostra re publica solent ei, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent; Verr. II, 138. ut ... poena ad paucos perveniret; quod idem facere censores in delectu dignitatis et in iudicio civium et in animadversione vitiorum qui convenit? Cluent. 128. ſ. conlocat. refert.

gerunt: ſ. faciunt; Verr. II, 138.

iubet: ſ. arbitrantur. — 2. sum; Cluent. 134.

iudicant: videamus quid tandem censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur; Cluent. 123.

legit: ubi cavisti, ne me meo ‖meo me, al.‖ loco censor in senatum legeret? dom. 82.

locant: censoribus vectigalia locare nisi in conspectu populi Romani non licet; leg. agr. I, 7.

metuit: ſ. II, 1. creo; Verr. II, 139. — mittit: ſ. curat. — movet: ſ. arbitrantur.

notat: quos .. ipse L. Gellius et Cn. Lentulus, duo censores, ... furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt; Cluent. 120. qui (Q. Metellus) cum ... L. Saturninum censor notasset cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset ..; Sest. 101.

potest, praeterit: ſ. dicit; dom. 84.

prohibet; ſ. notat; Sest. 101.

putat: si uterque censor censoris opinione standum non putavit; Cluent. 132.

recitat: ſ. 2. sum; dom. 84.

refert: C. Cassium censorem de signo Concordiae dedicando ad pontificum conlegium rettulisse eique M. Aemilium pontificem maximum pro conlegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim praefecisset atque eius iussu faceret, non videri eam ‖ea‖ recte posse dedicari; dom. 136.

reprehendit, rescindit: ſ. arbitrantur. — retinet: ſ. arbitrantur. subscribunt; Cluent. 135. — sequuntur: ſ. dicit; Cluent. 126. — sortitur: ſ. animadvertit; Cluent. 129. — stant: ſ. arbitrantur (vgl. putat). — statuunt: ſ. dicit; Cluent. 126.

subscribunt: ac primum illud statuamus, utrum quia censores subscripserint ita sit, an, quia ita fuerit, illi subscripserint. si quia subscripserint, videte quid agatis, ne in unum quemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; Cluent. 128. persuasi, ut scribam iurati legerent eum, quem eidem isti censores aerarium reliquisse *se* subscripserunt; ib. 126. sed tu, Acci, consideres, censeo, diligenter, utrum censorum iudicium grave velis esse an Egnatii: si Egnatii, leve est, quod censores de ceteris subscripserunt; ipsum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem esse vis, ex senatu eiecerunt: sin autem censorum, hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exheredavit, censores in senatu, cum patrem eicerent, retinuerunt; ib. 135. ſ. animadvertit; Cluent. 119.

transfert: ſ. conlocat. — vendit: ſ. II, 1. creo; Verr. II, 139. — vetat: ſ. arbitrantur. — volt: ſ. animadvertit; Cluent. 129. arbitrantur. dedicat; dom. 130.

2. **Prädikat**: sum: postea quam bis consul et censor fuerat; div. Caec. 69. cum viris fortibus, qui censores proxime fuerunt; Cluent. 117. qui (P. Africanus) cum esset censor et in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset, ... dixit se scire illum ... peierasse ...: deinde cum nemo contra diceret, iussit equum traducere; ib. 134. Cn. Lentulus, qui censor fuit; Flacc. 45. me ... dixit se, si censor tum esset, cum ego aberam, meo loco senatorem recitaturum fuisse; dom. 84. ille erat summa modestia et gravitate censor; ib. 130. qui in reliqua vita mitis esset ..., fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister; Cael. 25. ſ. 1. dicit; dom 84.

abl. absol.: quod illo ipso tempore, illis censoribus, erant iudicia cum equestri ordine communicata; Cluent. 130. est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis Iulio et Crasso nullam populi partem esse censam; Arch. 11.

II. **nach Verben**: 1. **Accusativ**: adopto: quem umquam iste ordo patronum adoptavit? si quemquam, debuit me. sed me omitto. quem censorem? quem imperatorem? Phil. VI, 13.

creo: iam vero censores quem ad modum isto praetore in Sicilia creati sint operae pretium est cognoscere; Verr. II, 131. te autem praetore quis censor aut legem metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat, aut animadversionem tuam, cum id, quod abs te emerat, vendidisset? ib. 139. censores dicit (L. Metellus) de integro sibi creari placere; ib.

deligo: ſ. facio; Verr. II, 138.

dimitto: is igitur ... [Timarchides] in omnis civitates accepto pertio censores dimisit; Verr. II, 136.

discribo: exquisitis palam pretiis et licitationi-

bus factis discribebat [descr.] censores binos in singulas civitates Timarchides; Verr. II, 133.

facio: ostendit sese in omnibus civitatibus censores esse facturum; Verr. II, 182. erant enim tum censores legibus facti, delecti a suis civitatibus, quibus, si quid commisissent, poenae legibus erant constitutae; ib. 138. C. Getam, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu ejectus esset, censorem esse ipsum postea factum, et cuius mores erant a censoribus reprehensi, hunc postea .. populi Romani ... moribus praefuisse; Cluent. 119. quo die censor est factus; prov. cons. 20. ſ. I, 1. conferunt; Verr. II, 137.

praeficio: ſ. I, 1. refert.

teneo: ſ. creo; Verr. II, 139.

video: Cn. Domitius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus; Deiot. 31.

2. **Dativ:** constituo: ſ. 1. facio; Verr. II, 138.

facio: vidimus hoc idem Cn. Lentulo censori tribunum plebis facere; dom. 124.

fero: cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magistratibus, tum ..; leg. agr. II, 26.

impero: palam ... singulis censoribus denarii trecenti ad statuam praetoris imperati sunt; Verr. II, 137.

licet: ſ. I, 1. locant.

permitto: quod [...] in censu habendo potestas omnis aestimationis [habendae] summaeque faciendae censori permittitur; Verr. II, 131. ſ. I, 1. subscribunt; Cluent. 123.

respondeo: ſ. I, 1. refert.

3. **mit Präpoſitionen:** ago apud: quod si hanc apud eosdem ipsos censores mihi aut alii causam agere licuisset ..; Cluent. 131.

subsigno apud: illud quaero, sintne ista praedia censui censendo, ... subsignari apud aerarium aut apud censorem possint? Flacc. 80.

III. **nach Subſtantiven:** auctoritas: duos solos video auctoritate censorum adfinis ei turpitudini iudicari; Cluent. 127.

comitia: comitia isto praetore censorum ne simulandi quidem causa fuerunt; Verr. II, 136.

conlegium: ſ. I, 1. conferunt; Verr. II, 137.

consuetudo: ubi illa consuetudo in bonis praediis praediisque vendundis omnium consulum, censorum, praetorum, quaestorum denique, ut optima condicione sit is, cuia res, cuium periculum? Verr. I, 142.

genus: ſ. I, 1. conferunt; Verr. II, 137. — iudicium: ſ. I, 1. arbitrantur. subscribunt; Cluent. 135.

opinio: iudices ... saepe potius religioni quam censorum opinioni paruerunt; Cluent. 121. ſ. I, 1. putat.

ordo: ſ. I, 1. conferunt; Verr. II, 137.

pascua: utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis invenisti? leg. agr. I, 3.

IV. **Umſtand:** a: eici: ſ. II, 1. facio; Cluent. 119. — locari: is ager a censoribus locari solet; Verr. III, 13. qui (agri) [item] a censoribus locati sunt; leg. agr. II, 50. — neglegi, praetermitti: praetermitti ab censoribus et neglegi macula iudiciorum posse non videbatur; Cluent. 130. — reprehendi: ſ. II, 1. facio; Cluent. 119. — Zeit: QUI AB A. POSTUMIO Q. FULVIO CENSORIBUS POSTEAVE EA ... FECIT, FECERIT; Verr. I, 106.

de: ſ. I, 1. addunt.

post: qui post eos censores census esset; Verr. I, 107.

censorius, cenſoriſch, ſittenrichterlich: alqs: non C. Metellus censorius (pro meo reditu deprecatus est); Quir. 6.

alqd: sin autem sortiri ad poenam et hominum delictum fortunae iudicio committere minime censorium est ..; Cluent. 129.

animadversio: sequitur id, quod ... maiores .. nostri numquam ... ut rem iudicatam observarunt, animadversionem atque auctoritatem censoriam ‖*animadversio* atque *auctoritas censoria*‖; Cluent. 117. numquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam ut rebus iudicatis fuisse; ib. 119. quod si hoc exemplum ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit ..; ib. 129.

auctoritas: removeantur auctoritates censoriae; Cluent. 124. tum auctoritatem censoriam amplexato ‖amplexator‖; ib. illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos e ‖illos, al.‖ consuetudine militari transtulisse; ib. 128. ſ. animadversio; Cluent. 117.

gravitas: ne ... Appius ... Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria; Cael. 35.

homo: L. Cotta, homo censorius, in senatu iuratus dixit ..; dom. 84.

ignominia: praetores urbani ... numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt; Cluent. 121.

iudicium: censorium iudicum ac notionem et illud morum severissimum magisterium non esse nefariis legibus de civitate sublatum; prov. cons. 46. centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium notionemque censoriam; Piso 10.

lex: corriguntur leges censoriae; Verr. I, 143. te memini censorias quoque leges in sartis tectis exigendis tollere et commutare, ne is redimeret, cuia res esset; ib. III, 16. hominem in edictis praetoriis, in censoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum; ib. 17. quasdam res ut ad legem adderent neque tamen a ceteris censoriis legibus recederent; ib. 18. quid publicos agros arant certum est quid e lege censoria debeant; ib. V, 53. quem non modo foro, sed etiam caelo hoc ac spiritu censoriae leges ... carerevoluerunt; Rabir. 15. si qui frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria; prov. cons. 12.

locatio: quod ceteris (provinciis) ... censoria locatio constituta est, ut Asiae lege Sempronia; Verr. III, 12.

nomen: iudicum culpa ... etiam censorium nomen, quod asperius antea populo videri solebat, id nunc poscitur; div. Caec. 8.

notationes: ſ. auctoritas; Cluent. 128.

notio: ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur; Sest. 55. ſ. iudicium.

opinio: quid est quod te ista censoria, sive voluntas opinio fuit, adiuvare ... posse videatur? Cluent. 125.

ratio: ut omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velim; Cluent. 118.

severitas: qui pretio adductus eripuerit patriam ... civi innocenti, is censoriae severitatis nota non inuretur? Cluent. 129.

stilus: ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri rettuderunt, aequo posthac atque illum dictatorium ‖[gladium]‖ pertimescamus; Cluent. 123

subscriptio: populi Romani suffragiis saepe numero censorias subscriptiones esse sublatas; Cluent. 121. ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus quam illa acerbissima proscriptio possit adferre; ib. 123. quid est quam ob rem quisquam nostrum censorias subscriptiones omnis fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere? ib. 132. quem (Egnatium) pater censoria subscriptione exheredavit; ib. 135.

tabulae: illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones universi iudicaverunt; Cluent. 41. persequitur in tabulis censoris totam

Siciliam; leg. agr. I, 4. tabulis hoc censoriis ‖censoris‖, memoria multorum firmabo ac docebo; har. resp. 30.

voluntas: ſ. opinio.

censura, Cenſoramt: I. est egregia: Q. Metelli praeclarum imperium in re militari fuit, egregia censura, omnis vita plena gravitatis; dom. 87.

II. exstinguo: censuram exstinxit; intercessionem removit; auspicia delevit; har. resp. 58.

peto: quem etiam ad censuram petendam impulisti; Phil. II, 98.

tollo: ab eodem homine ... vetus illa magistra pudoris et modestiae, censura, sublata est; Piso 9.

III. officium: ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent; prov. cons. 20.

IV. ob: pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt; Verr. II, 137.

census, Schätzung, Schätzungsliſte, Vermögen: 1. **Subject:** confirmat, indicat: quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum, qui sit census, [ita] se iam tum gessisse pro cive; Arch. 11.

valent: in eis omnibus senatoribus cooptandis ... neque census neque aetates neque cetera Siculorum iura valuisse; Verr. II, 120.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** augeo: ſ. habeo; Verr. II, 138.

censeo: illud quaero, sintne ista praedia censui censendo, habeant ius civile? Flacc. 80.

extenuo: ſ. habeo; Verr. II, 138.

habeo: census, qui isto praetore sunt habiti, non servaturum se Metellus ostenderat; Verr. II, 63. quod [omnes Siculi ex censu quot annis tributa conferunt] in censu habendo potestas omnis aestimationis [habendae] ... censori permittitur; ib. 131. sic census habitus est te praetore, ut eo censu nullius civitatis res publica posset administrari; nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant; ib. 138. quod videbat istius censu stari nullo modo posse, eum censum observari iussit, qui ... Sex. Peducaeo praetore habitus esset; ib.

incendo: qui aedis sacras, qui censum populi Romani ... suis manibus incendit; Cael. 78.

observo: postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat; censores dicit de integro sibi creari placere; interea Peducaeanum censum observari iubet; Verr. II, 139. ſ. habeo; Verr. II, 138.

praefinio: „census praefiniebatur", inquit. non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano; Phil. I, 20.

repudio: ut etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret; Verr. II, 138.

requiro: census nostros requiris ‖requiris.‖ scilicet; Arch. 11.

servo: ſ. habeo; Verr. II, 63.

2. **Ablativ:** prohibeo: cum .. insitivum Graecum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset; Sest. 101.

3. **mit Präpoſitionen:** dedico in: et haec praedia etiam in censum dedicavisti; Flacc. 79.

disputo de: sed quid ego ... de Deciani censu tam diu disputo? Flacc. 94.

inrepo in: non enim furatus esse civitatem ..., non inrepsisse in censum dicitur; Balb. 5.

sancio de: in quibus (legibus) multa sanxit de aetate hominum, ... de censu, de ceteris rebus; Verr. II, 122.

III. **nach Subſtantiven:** 1. mentio: ſ. II, 1. observo.

2. homo sine: Trallianos Maeandrio causam publicam commisisse, homini egenti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu? Flacc. 52.

IV. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** administrare, stare: ſ. II, 1. habeo; Verr. II, 138.

liberari: cum ei, qui in servitute iusta fuerunt, censu liberentur; Caecin. 99.

2. **Präpoſitionen:** ex: quem tu si ex censu spectas, eques Romanus est; Qu. Rosc. 42. eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis et ex censu quaerere; Cluent. 141. ſ. II, 1. habeo; Verr. II, 131.

in: cum ... in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset; Cluent. 134.

pro: *ni ... multo maiores effusiones pro censu tuo in columnis fecisses, quam ipse*; Scaur. 45.

centeni, je hundert: milia: Dionem HS deciens centena milia numerasse, ut causam certissimam obtineret; Verr. I, 28.

centesimus, der hundertſte; fem.: ein Procent: I. lux: centesima lux est haec ab interitu P. Clodii et, opinor, altera; Milo 98.

II, 1. aufero: Verr. III, 168. — pensito: ib. 165. — 2. faenerari: ib. ſ. **bini,** centesimae (S. 417, b.)

3. in: utrum accessionem decumae, ut nostri facere coactores solent in centesima ‖centima, al.‖, an decessionem de summa fecerit; Rab. Post. 30.

consultum, Beſchluß: I. **abſolut:** 1. **Subject:** debet: ſ. est ratum.

est, sunt: sunt senatus consulta complura; leg. agr. II, 66. ſ. IV, 1. decernere; Phil. X, 6. — contra: ſ. II, 3. intellego ex. — praeclara: praeclara tamen senatus consulta illo ipso die vespertina; Phil. III, 24. — ratum: quod senatus consultum ratum esse non deberet, id me Romam deportare; Verr. IV, 149.

exstant: nego ullo de opere publico, de monumento, de templo tot senatus exstare consulta quot de mea domo; har. resp. 16.

intercedit: cum ... senatus consultum intercederet, cuius consulto P. Rupilius ... leges in Sicilia constituerat; Verr. II, 40.

2. **Prädicat:** sum: ille ... negare esse illud senatus consultum, in quo praetor appellatus esset; Verr. IV, 149.

3. **ohne Verbindung:** SENATUS CONSULTUM DE TRIBUTO CONFERUNDO; Verr. III, 100. SENATUS CONSULTUM; Flacc. 27. 78. S. C.; dom. 136.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** adfero: ſ. facio; Phil. I, 3.

audio: audito senatus consulto; Sest. 117.

commemoro: quid ego illa de me divina senatus consulta commemorem? Sest. 129.

convello: quod senatus consultum ... non infirmari ac convelli potest, si ..? Caecin. 51.

defero: senatus consulta falsa ab eo delata iudicavimus: num ea vera possumus iudicare? Phil. XII, 12. ſ. facio; Phil. V, 12. XIII, 19.

deporto: ſ. I, 1. est ratum.

facio: factum est senatus consultum ..., uti C. Verres P. Caelius praetores cognoscerent; Verr. I, 130. eius modi se ||senatus|| consultum fecisse laudationis, ut ..; ib. IV, 144. ne senatus consultum Siculi homines facere possent; ib. 146. ut Syracusanis liceret senatus consultum, quod pridie fecissent, mihi reddere; ib. 147. de quibus vendendis senatus consulta facta sunt M. Tullio C. Cornelio consulibus, ||aut|| postea; leg. agr. II, 36. quod audaciae xvirali ... fingendorum .. senatus consultorum, quae numquam facta sunt, ... magna permittitur potestas; ib. 37. fit senatus consultum, ut C. Marius L. Valerius consules adhiberent tribunos plebis; Rabir. 20. meministis fieri senatus consultum referente me, ne postero die comitia haberentur; Muren. 51. dixisti senatus consultum me referente esse factum: si ..; ib. 67. senatus consulto, quod est L. Caesare * consule factum, restiterunt; ib. 71. quod ex eo senatus consulto, quod nuper est factum, referri ad vos necesse est; har. resp. 31. recenti nuntio de illo senatus consulto, quod factum est in templo Virtutis, ad ludos scenamque perlato; Sest. 120. omnia illa senatus consulta ... rei publicae causa esse facta fateamur; Vatin. 8. gravissima autem in istum civem suum Gaditani senatus consulta ||convitia, al.|| fecerunt; Balb. 41. cum de me ea senatus consulta absente facta sint; Piso 41. cum patres conscripti illo senatus consulto, quod in monimento Marii factum est, quo mea salus omnibus est gentibus commendata, uni Cn. Plancio gratias egerint ||egerit||; Planc. 78. scriptum senatus consultum, quod fieri vellet, attulit, quo recitato auctoritatem eius summo studio secuti sumus eique ... per senatus consultum gratias egimus; Phil. I, 8. ut illa, credo, ne-

faria senatus consulta fierent, vim adferebam senatui; ib. II, 16. in Capitolio praeclara senatus consulta fecisti, ne qua post Idus Martias immunitatis tabula ... figeretur; ib. 91. senatus consultum de supplicatione per discessionem fecit, cum id factum esset antea numquam; ib. III, 24. duobus aut tribus senatus consultis bene et e re publica factis; ib. 30. senatus consulta numquam facta ad aerarium deferebantur; ib. V, 12. his verbis ... senatus consultum faciendum censeo; ib. 36. eo .. ipso die innumerabilia senatus consulta fecit, quae quidem omnia citius delata quam scripta sunt; ib. XIII, 19. quid C. Pansa egit aliud ... senatus consultis faciendis gravissimis in Antonium ... nisi ut ..? ib. XIV, 5. quo de genere persaepe senatus consulta fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur; Fr. B. VI, 11, c.

fingo: ſ. facio; leg. agr. II, 37.

habeo: habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave; Catil. I, 3. habemus enim huiusce modi senatus consultum, verum inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit; ib. 4. quam potestatem habuisti? quam legem? quod senatus consultum? Piso 47.

impedio: perseverat legem impedire, ut coepit senatus consultum ‖ senter. cos. ‖; Fr. B. VIII, 13.

includo: ſ. habeo; Catil. I, 4.

induco: coeptum est referri de inducendo senatus consulto; dom. 10.

infirmo: ſ. convello. — iudico: ſ. defero.

perscribo: in quibus (tabulis) senatus consultum perscripserant; Verr. IV, 148. quoniam nondum est perscriptum senatus consultum; Catil. III, 13. senatus consultum his verbis censeo perscribendum; Phil. V, 40.

recito: ſ. facio; Phil. I, 3. — recondo: ſ. habeo; Catil. I, 4. — reddo: ſ. facio; Verr. IV, 147.

refero: QUOD M. TULLIUS FALSUM SENATUS CONSULTUM RETTULERIT. si igitur rettulit falsum senatus consultum, tum est rogatio, si non rettulit, nulla est; dom. 50. senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat; Phil. V, 12.

scribo: ſ. facio; Phil. I, 3. XIII, 19.

teneo: hoc praetore Siculi neque suas leges neque nostra senatus consulta ... tenuerunt; Verr. a. pr. 13.

2. **Dativ:** intercedo: cui senatus consulto ne intercederent verebatur? Phil. III, 23.

obtempero: consulem edicere ut senatus consulto ne obtemperetur; Piso 17.

resisto: ſ. 1. facio; Muren. 71.

3. **mit Präpoſitionen:** cognosco ex: id adeo ex ipso senatus consulto cognoscite; Verr. IV, 143. quam quidem rem quanta severitate ... senatus * ex ipso senatus consulto facile cognoscetis; dom. 136.

coniungo cum: hoc vel coniungi cum hoc senatus consulto licet vel seiungi potest ..., ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse videatur; Phil. XIII, 50.

facio contra: ne contra senatus consultum fecisse videatur; Phil. X, 13.

intellego ex: ut ex senatus consulto neque cuius interesit neque contra quem sit intellegi possit; Muren. 68.

respondeo de: M. Catoni ... de senatus consulto ... respondebo; Muren. 54.

sumo ex: sunt ... sumpta de medio, ... ex senatus consulto, ex lege; dom. 138.

III. **nach Subſtantiv:** nuntius de: ſ. II, 1. facio; Sest. 120.

IV. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** abstergere: utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus; Phil. XIV, 34.

agere gratias: ſ. II, 1. facio; Planc. 78.

armare: hoc senatus consulto ardentem inflammabitis et armatum armabitis Cassium; Phil. XI, 32.

commendari: ſ. II, 1. facio; Planc. 78.

configi: hominem ... ducentis confixum senati consultis; har. resp. 8.

conlaudare: quem (virum) nos senatus consulto conlaudare debemus; Phil. VII, 24. ſ. II, 3. coniungo cum.

constituere: ſ. I, 1. intercedit.

decernere: decrevit senatus honorifico senatus consulto, ut ..; Verr. II, 122. unum hoc aliquot senatus consultis reprehensum decretumque est, ut ..; ib. III, 81. quo senatus consulto huius generis — sunt enim innumerabilia — bene scriptas litteras decretum a senatu? Phil. X, 6.

deduci: „veteranorum colonias, deductas lege et senatus consulto, sustulistis"; Phil. XIII, 31.

defendere: Scipionis factum ... consul ... multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit; dom. 91.

erigere, eripere: cum tot decumas non senatus consulto, sed novis edictis tuis ... erigeres et eriperes; Verr. III, 42.

inflammare: ſ. armare.

legare: quos [legatos] ... nullo senatus consulto ... tibi tute legasti; Sest. 33. quo tandem senatus consulto legatus sis; Vatin. 35.

liberari: populos liberos, multis senatus consultis ... liberatos; dom. 28.

miscere: qui ... turbulentis senatus consultis ... rem publicam miscerent et rerum novarum causam aliquam quaererent; leg. agr. II, 91.

muniri: quae (domus) ... contra vim ... gladiatoris tot senati consultis munita atque saepta est; har. resp. 15.

ornare: ſ. defendere.

permitti: simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus est permissa res publica; Catil. I, 4.

quaerere: ſ. miscere.

renovari: promissa nostra ... hodierno senatus consulto renovanda censeo; Phil. XIV, 29.

reprehendi: ſ. decernere; Verr. III, 81.

saepiri: ſ. muniri.

2. **Präpoſitionen:** contra: ut sibi contra omnia senatus consulta ... extra forum vadimonium promittant aratores; Verr. III, 92. ut conlegia non modo illa vetera contra senatus consultum restituerentur, sed ..; Sest. 55. omitto iuris dictionem in libera civitate contra leges senatusque consulta; prov. cons. 6. ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatus consulta ... dicere liceret; ib. 7. cum quidam tribunus plebis suo auxilio *fretos* magistros ludos contra senatus consultum facere iussisset; Piso 8.

ex: emptum est ex senatus consulto frumentum ab Siculis; div. Caec. 32. quaestor ex senatus consulto provinciam sortitus es; Verr. I, 34. EX SENATUS CONSULTO; ib. 37. quam (rationem praeturae) ex senatus consulto statim referre debuit; ib. 98. cum ... Publius .. Rupilius postea leges ita Siculis ex senatus consulto ... dedisset, ut ..; ib. II, 90. quos (colonos) T. Manlius praetor ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum; ib. 123. frumentum in Sicilia emere debuit Verres ex senatus consulto; ib. III, 163. cum ex senatus consulto et ex legibus frumentum in cellam ei sumere liceret; ib. 188. cum ex senatus consulto ... frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret; ib. V, 52. quibus ... pecuniam .. ex senatus consulto et ex lege dissolverant; ib. 58. ut ex senatus consulto legibus solutus consul ante fieret, quam ..; imp. Pomp. 62. ut iterum eques Romanus ex senatus consulto triumpharet; ib. num istam legem ex isto senatus consulto L. Lucullus consul ... tulerit; Cluent. 137. cum ad arma consules ex senatus consulto evocassent; Rabir. 21. quod ex senatus consulto facere debetis; har. resp. 14. cum .. de me eodem ex senatus consulto comitiis centuriatis ferebatur; Sest.

109. ut litteris consularibus ex senatus consulto cuncta ex Italia omnes ... convocarentur; ib. 128. cum ego legem de ambitu tulerim ex senatus consulto; Vatin. 37. consulibus ex senatus consulto rem publicam defendentibus; Piso 77. Tuberonis sors coniecta est ex senatus consulto; Ligar. 21. quod iusto cum imperio ex senatus consulto in provinciam suam venerat; ib. 27. quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit; Phil. III, 38. quoad ei ex senatus consulto successum sit; ib. X, 26. quoad cuique ex senatus consulto successum sit; ib. XI, 31. quae (lex) ex senatus consulto ferebatur; Fr. B. VI, 19. ſ. II, 1. facio; har. resp. 31. habeo; Catil. I, 4.

in: ſ. I, 2. — per: ſ. II, 1. facio; Phil. I, 3.

post: si quis post hoc senatus consultum ad Antonium profectus esset; Phil. VIII, 33.

sine: quae fides .. qui potuit sine senatus consulto dari? Rabir. 28. quod sine senatus consulto tibi facere non licuit; Vatin. 12. quis legatos umquam audivit sine senatus consulto? ib. 36. deinde continuo sine senatus consulto ... ad Caesarem cucurristi; Phil. II, 50.

consultus, fundig, Kenner: I, 1. dicit: nemo igitur iure consultus, ne iste quidem, qui tibi uni est iure consultus, per quem haec agis, ex ista syngrapha debere dicet ‖deberi dicit‖ pro eis rebus, quae ..; Phil. II, 96.

transit: transit idem iure consultus, tibicinis Latini modo; Muren. 26.

2. sum: qui ita iustus sit ‖est‖ et bonus vir, ut natura, non disciplina consultus esse videatur; Caecin. 78. quaeris num disertus sit? ... num iuris consultus? Planc. 62. nec enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit; Phil. IX, 10. ſ. 1. dicit (vgl. II, 1. profiteor).

II, 1. profiteor: triduo me iuris consultum [esse] profitebor; Muren. 28.

vitupero: non dubium est utrum iudices an iuris consulti vituperandi sint; Caecin. 69.

2. concedo: nec iuris consultis concedi ... oportere; Caecin. 67.

obtempero: non hoc debent dicere, iuris consultis, sed hominibus stultis obtemperari non oportere; Caecin. 68.

3. dico contra: ut contra iuris consultos diceret; Caecin. 69.

pronuntio [statuo] contra: non potius contra iuris consultos [statuunt, si] aliter pronuntiatum est ac placuit Mucio ‖M. pl.‖, quam ex eorum auctoritate, si ..; Caecin. 69.

refero ad: rettulit ad iuris consultos; Flacc. 80.

III. auctoritas: iuris consultorum auctoritati obtemperari non oportere; Caecin. 65. ſ. II, 3. pronuntio contra.

genus: conveni ego ex isto genere consultorum non neminem; Caecin. 79.

ingenia: ea iure consultorum ingeniis pleraque corrupta ... sunt; Muren. 27.

IV. per: ſ. I, 1. dicit.

consumo, verbrauchen, verwenden, verzehren, aufreiben: 1. **absolut:** quibus ad consumendum nihil satis esse videatur; leg. agr. II, 65.

II. **mit Object:** alqm: quos volnere ac dolore corporis cruciari et consumi vides; har resp. 39. si me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset; Planc. 90. vos fortasse consumptum istum cruciatu ... audire malletis; Fr. A. V, 2.

alqd: quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere; Sex. Rosc. 6. si quid est quod indagaris ..., quamquam iniquum est, tamen ‖est‖ consume sane; leg. agr. I, 3. QUOD NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT; ib. 12. qui consumpta replere, erepta recuperare vellent; Muren. 50. nihil est .., quod non [aliquando] conficiat et consumat vetustas; Marcell. 11. haec tam celeriter esse consumpta; Phil. II, 67. ſ. operam; Sex. Rosc. 43. 51. Font. 11. tempus; Quinct. 22.

aetatem: cuius omnem aetatem in populi Romani bellis consumptam esse meminisset; Deiot. 6.

annos: hi sunt anni consumpti in quaestura et legatione Asiatica et praetura urbana et praetura Siciliensi; Verr. I, 34.

argentum, aurum: AURUM ARGENTUM EX PRAEDA ... AD QUOSCUMQUE ‖QUODCUMQUE‖ PERVENIT ... NEQUE IN MONUMENTO CONSUMPTUM (EST); leg. agr. II, 59.

copias: ut ... omnes copiae regis diuturnitate obsessionis consumerentur; Muren. 33.

deliberationem: quae deliberatio non in reddenda ..., sed ... in augenda mercede consumpta est; Quir. 12.

diem: ut dies singulos possis consumere; Sex. Rosc. 89. in eo omnis dies noctisque consumpsi, ut ..; Catil. III, 4. quis enim dies fuit ... quem tu non totum in ista ratione consumpseris? Muren. 46.

diligentiam: quid est dignius in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque consumatur? Verr. I, 112.

duces, homines: hominibus • autem ac summis ducibus partim aetate, partim civitatis discordiis ac rei publicae calamitate consumptis; Font. 42.

indulgentiam: ſ. diligentiam.

instrumenta: cum industriae subsidia atque instrumenta virtutis in libidine audaciaque consumeret; Catil. II, 9.

laborem: ſ. operam; Font. 11.

lacrimas: consumptis ... lacrimis; Phil. II, 64.

milites: miserandum in modum milites ... incuria, fame, morbo, vastitate consumpti (sunt); prov. cons. 5.

noctem: nox illa tota in exinaniunda nave consumitur; Verr. V, 64. ſ. diem; Catil. III, 4.

operam: filios ... in praediis colendis operae plurimum studiique consumere; Sex. Rosc. 43. qui ... in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumpserint; ib. 51. ego quoque in accusando atque in explicandis criminibus operam consumerem; Verr. a. pr. 33. cum duabus in rebus legatorum una opera consumitur, in laudando atque in repetendo; ib. II, 13. cur haec a me opera consumitur? ib. III, 208. plus ego in hac causa laboris et operae consumo in poscendis testibus quam ceteri defensores in refutandis; Font. 11.

orationem: nunc in eo consumenda est oratio, ut ..; Tull. 1.

patrimonia: consumptis patrimoniis; leg. agr. I, 7.

pecuniam: consumptam esse omnem istam pecuniam in statuis? Verr. II, 141. in quibus statuis ista tanta pecunia consumpta est? „consumetur“, inquies. scilicet exspectemus legitimum illud quinquennium; si hoc intervallo non consumpserit, tum ..; ib. 142. ut ista pecunia in quinquennio consumatur in statuis; ib. si neque adhuc consumpta est ista pecunia et est perspicuum non consumptum iri; ib. minuetur huius pecuniae invidia; consumetur enim in agrorum emptionibus; leg. agr. I, 14. ut eam pecuniam ... non consumpsisse ... videatur; Flacc. 91. non debuit is, qui dabat (pecuniam), quo *modo* ille, qui accipiebat, consumeret quaerere; Rab. Post. 6.

studium: ut omne studium meum in Cn. Plancii honore consumerem; Planc. 73. ſ. operam; Sex. Rosc. 43.

subsidia: ſ. instrumenta.

tempus: cum aliquantum temporis in ea re esset consumptum; Quinct. 22. qui ... in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit; ib. 46. qui omne tempus ... in his studiis laboribusque consumam; div. Caec. 41. qui dicendo tempus consu-

merent; Verr. II, 96. quod tempus omnes Siciliae semper praetores in itineribus consumere consuerunt; ib. V, 29. neque in re nota consumam tempus; Cluent. 119. in lustris, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses; Phil. XIII, 24. ſ. operam; Sex. Rosc. 51.

vigilias: cuius omnis vigilias in stupris constat esse consumptas; Verr. IV, 144.

vim: cum prope omnem vim verborum eius modi ... aliis in rebus consumpserim; Verr. V, 159. cum omnem vim sui tribunatus in mea salute consumpserit; Sest. 31. omnem vim ingenii ... in populari levitate consumpsit; Phil. V, 49.

consurgo, aufſtehen: I. unperſönlich: in curiam venimus: honorifice sane consurgitur; Verr. IV, 138. consurgitur in consilium; Cluent. 75.

II. alqs: cur non in media oratione mea consurgitis atque discedit is? Verr. II. 208.

consurrectio, Aufſtehen: cepi equidem fructum maximum et ex consurrectione omnium vestrum et ex comitatu publicanorum; har. resp. 2.

contagio, Berührung, Einwirkung, Anſteckung: I. est: in hoc crimine ... quaedem contagio sceleris (est); Sulla 6. — periculosa: utrum aditum facilem hostibus an contagionem imitandi belli periculosam fuisse? Verr. V, 6.

patet: latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; Muren. 78.

pertinet: ad quos conscientiae contagio pertinebit; Verr. V, 183.

II. fugio: nemo ... inventus est qui non contagionem aspectus fugeret; Cluent. 193.

praedico: contagio autem ista servilis belli cur abs te potius ... praedicatur? Verr. V, 7.

III. contaminare: qui aliqua se contagione praedae ... contaminaverunt; dom. 108.

funestari: qui funestari contionem contagione carnificis veto; Rabir. 11.

contamino, verderben, beflecken, entweihen: alqm: quo (maleficio) iste sese non contaminarit; Sex. Rosc. 116. si .. retines quemquam sciens in senatu scelere tanto contaminatum; Cluent. 129. si ... clarissimi viri Saturnini ... sanguine ... se non contaminarunt; Catil. I, 29. qui aliqua se contagione praedae ... contaminaverunt; dom. 108. quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus; Phil. XII, 15. stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit; Fr. B. VIII, 7.

alqd: quod ... religione omni violata religionis tamen nomine contaminaris; dom. 137.

familias: quibus familiis quam foedis, quam contaminatis; Scaur. 13.

gentis: contaminatis gentibus; dom. 35.

hominem: Apronium, hominem vix liberum, contaminatum; Verr. III, 134. homo ... multis flagitiis contaminatus; Cluent. 97. homini post homines natos ... contaminatissimo; dom. 23. homini sceleribus flagitiisque contaminatissimo; prov. cons. 14.

iudicia: iudiciis ... contaminatis paucorum vitio ac turpitudine; div. Caec. 70.

manum: extra contaminatam illam et cruentam P. Clodii manum; dom. 108. quos (libros) tu ... contaminatis manibus attrectas; har. resp. 26.

nomen: nomen quidem populi Romani tanto scelere contaminavit, ut ..; har. resp. 35.

pulvinaria: an supplicationes addendo diem contaminari passus es, pulvinaria ||contaminari|| noluisti? Phil. II, 110.

spiritum: ut ... conlegae tui contaminatum spiritum pertimescerem; Piso 20.

superstitionem: deorum mentis non contaminata superstitione ... posse placari; Cluent. 194.

supplicationes: ſ. pulvinaria.

veritatem: per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? Sulla 45.

contego, bedecken, verbecken: alqm: messoria se corbe contexit; Sest. 82. (eos esse) contectos publicis operibus atque muneribus eaque exstructione, quae ..; Phil. XIV, 34.

corpus: tumulus, qui corpus eius contexerat; Arch. 24.

libidines: quas (libidines) fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat; prov. cons. 8.

contemno, gering achten, verachten, zurückſetzen: I. **abſolut:** alqs: primum neglegere coepit et contemnere; Verr. II, 55. vgl. II. legatos; Phil. V, 25.

homines: homines ... ut aut contemnant aut metuant ... commoveri; imp. Pomp. 43.

II. **mit Object:** alqm: a populo Romano contemnimur; Verr. a. pr. 43. quem ad modum iste tenuissimum quemque contempserit; ib. I, 123. eripiunt enim tibi istam orationem contemnendorum Siculorum atque aratorum statuae; ib. II, 167. contempsit Siculos; ib. III, 58. sunt omnes Siculi non contemnendi; ib. 67. ut ... in obtinendo iure nostro ne contemptissimi ... esse videamur; ib. 98. se ... a te solo ita esse contemptum .., ut ..; ib. IV, 43. ut contemnendi essent; Font. 34. ut ... (non) minus veritus sit ||vereretur||, ne contemnere Aebutium quam ne ab eo contemptus esse existimaretur; Caecin. 103. tam me ab eis esse contemptum, ut ..; leg. agr. II, 55. Murenam contemnebat; Muren. 49. eidem homines subito eundem, quem contempserant, pertimescunt; Flacc. 44. quem ... in bonis rebus omnis contemnere (solitum esse scimus); Sulla 71. me ipsum ut contempsit helluo patriae! Sest. 26. cum te non minus contemnerem quam odissem; Vatin. 1. ne contemnere suos videatur; Piso 67. contemptum ... videre te volui; ib. 99. eos (Etruscos) enim penitus contempserat; Milo 74. quem profecto is ... contemneret; Deiot. 23. quid putem? contemptumne me? Phil. II, 2. nos quidem contemnendi; ib. 96. Plancum ... sic contemnit, tamquam ..; ib. VI, 10. nisi forte contemnitis Lucium; ib. VII, 16. nolite ne Tirones quidem, Numisios, Mustelas, Scios contemnere; ib. XII, 14. senatus se ipse non contemnit; ib. XIII, 15. me qua amentia inductus sit ut contemneret ..; Fr. B. VIII, 10. qua (dignitate) fretus me contemnis; ib. 18, a. vgl. alqd; Phil. III, 16.

alqd: illa .. contemnendane tibi videntur esse? div. Caec. 35. noli haec contemnere; ib. 39. quae forsitan nobis levia et contemnenda esse videantur; Verr. IV, 132. ne forte ea ||a|| vobis ... contemnenda esse videantur; imp. Pomp. 20. quae se non contempsisse; Cluent. 158. id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum; Muren. 25. nihil cuiusquam .. neglegentia contemptum (esse); har. resp. 21. ut ... id unus tu ... contemnendum ... putares; Vatin. 17. si haec omnia contemnis; ib. 38. ut ea ... experiendo contempsisse videatur; Cael. 42. ea contemnis; Piso 62. „nos ista numquam contempsimus"; Rab. Post. 17. ut contempsit ..., quae ... nisi fortissimus vir neglegere (non) potuisset! Milo 64. num etiam hoc contemnitis? Phil. I, 37. nihil illo contemptius, qui ..; ib. III, 16.

animos: bonorum animos in meo casu contempserat; Milo 88.

aratores: ſ. alqm; Verr. II, 167.

auctoritatem: ſ. iudicium; Phil. VI, 5.

auspicia: ut ... auspicia ... contempseris; Vatin. 14.

bella: si omnia bella, quae cum Graecis gessimus, contemnenda sunt; Muren. 31. ſ. hostem; Muren. 34.

beneficium: derisum tuum beneficium esset atque contemptum; Verr. III, 215.

causam: non quo illi ... causam pecuniae publicae contemptam ... putarent; Cluent. 94.

celeritatem: etsi ne C. quidem Antonii celeritas contemnenda est; Phil. X, 11.

civitatem: ita contempsit hanc prudentissimam ‖ pud. ‖ civitatem, ut ..; sen. 15.
consilia: ut ... optimi cuiusque consilia contemneres; Sest. 32.
consules: si ... contemptissimorum consulum levitatem ... pertimui; Sest. 36.
crimen: cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus; Cael. 50.
dignitatem: in alterius iniuria ... dignitatem .. ordinis contemptam; Verr. III, 95. quorum quidem tu non contempsisti, sed pertimuisti dignitatem; dom. 132. erat angusti animi ... iusti triumphi honorem dignitatemque contemnere; Piso 57.
elegantiam: noli ludorum huius elegantiam et scenae magnificentiam valde contemnere; Muren. 38.
equites: contemnebat equites Romanos; Sest. 18.
exercitum: illum exercitum ... magno opere contemno; Catil. II, 5.
existimationem: cum iste aperte tota lege omnium sermonem atque existimationem contempserit; Verr. I, 148. illa tacita existimatio, quam antea contemnere solebatis; ib. V, 176.
fructum: minime fructum laborum tuorum, praemia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti. neque vero contempsisti; Piso 63.
genus: contempsisti L. Murenae genus; Muren. 15.
gladios: contempsi Catilinae gladios; Phil. II, 118.
gloriam: quos (libellos) de contemnenda gloria scribunt; Arch. 26.
gratiam: ne usque eo suam ... gratiam contemneret, ut ..; Verr. I, 126.
hominem: quem hominem ut ... Romae contemptum .. videbamus ..; leg. agr. II, 98. si homines ... contempti tantam rem sustinere non potuissent; Sest. 87.
honorem: istum honorem contemnendum non putavit; Piso 62. ſ. dignitatem; Piso 57.
hostem: cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis contemnitur? Muren. 31. si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset; ib. 34. hunc tu hostem .. contemnis? ib. quos .. hostis haec familia contempsit; Flacc. 58.
immortalitatem: mortali immortalitatem non arbitror esse contemnendam; Phil. II, 114.
ingenium: inrideri viri optimi ... ingenium [et contemni] ... a fugitivo Timarchide; Verr. III, 166.
insanias: quam contemneres popularis insanias; Milo 22.
insignia: ſ. fructum.
iudicium: qui ita iudicia poenamque contempserat, ut ..; Milo 43. D. Bruti iudicium ... num cui tandem contemnendum videtur? Phil. IV, 7. qui semper senatus iudicium et auctoritatem, semper voluntatem vestram potestatemque contempserit; ib. VI, 5.
ius: qui ius civile contemnendum putant; Caecin. 70.
legatos: legatos decernis? si, ut deprecere, contemnet; Phil. V, 25. cum illi (legati) ab Antonio contempti ... revertissent; ib. VIII, 21.
legem: qui legem meam contemnat; Sest. 133. quod meam legem contemnit; ib. 135. Caeciliam Didiam, Licinian Iuniam contempsit; ib. amicissimi tui legem esse contemptam; Vatin. 29.
libidines: contemnere omnis libidines; Sulla 25.
lucrum: qui tantum praesens lucrum ... contempserit; Verr. III, 150.
magnificentiam: ſ. elegantiam.
maiestatem: contemni maiestatem populi Romani; leg. agr. II, 79.
mandata: qui senatus mandata contemneret; Phil. VIII, 24.
mortem: quam (mortem) etiam virgines Athenis pro patria contempsisse dicuntur; Sest. 48. omitte istam .. doctorum hominum in contemnenda morte prudentiam; Marcell. 25. mihi vero licet ... mortem contemnere; Phil. I, 14.
multitudinem: multitudinem Iudaeorum flagrantem ... contemnere gravitatis summae fuit; Flacc. 67.
municipium: quod autem municipium non contemnit is, qui ..? Phil. III, 15.
nationes: ſ. hostem; Muren. 31.
nomen: qui populi Romani nomen contemneret? Verr. I, 81. contemptissimum nomen electum ‖ eiectum ‖ [esse] ex eis, qui tribuni pl. fuerunt; Fr. B. VII, 7.
ordinem: non usque eo despiceret contemneretque ordinem senatorium, ut ..; Verr. a. pr. 9. qui ordo a vobis adhuc solis contemptus est; ib. IV, 26. ea re contemnis equestrem ordinem? ib. 45.
pecuniam: quae (pecunia) semper ab amplissimo quoque ... contempta est; Phil. I, 29.
Placentiam: hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet; Piso fr. 3.
plagam: quam ego plagam etsi non contemno ..; prov. cons. 39.
plausus: is sum, qui istos plausus ... semper contempserim; Phil. I, 37.
poenam: se non putare illum, si propter divitias poenam damnationis contemneret, etiam virgas contempturum; Verr. III, 55. ſ. iudicium; Milo 43.
potestatem: ſ. iudicium; Phil. VI, 5.
praemium: nullo praemio proposito praeter hoc, quod iam ... contemptum putatur, iudicium bonorum; Sest. 86. ſ. fructum.
principes: misimus tris principes civitatis: hos contempsit ... Antonius; Phil. VIII, 17.
provincias: a quibus provincias contemni intellegunt; Muren. 42.
pudorem; pudorem (hominum novorum) contemnitis; Verr. III, 7.
quadruplatores: a quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper; div. Caec. 24.
querimonias: quas illorum querimonias ... nolite contemnere; Verr. IV, 113.
regem: ſ. hostem; Muren. 34.
rem: nullam rem in me esse quam ille contemnat; div. Caec. 23. quas (res) nos contemnimus; Verr. IV, 134.
rem publicam: non usque eo L. Catilina rem publicam ... contempsit, ut ..; Muren. 78.
Romam: Romam ... prae sua Capua ... contemnent; leg. agr. II, 96.
senectutem: ne .. senectutem iam prope desperatam contempsisse ... videamini; Cael. 80.
sermonem: ſ. existimationem; Verr. I, 148.
sestertios: sestertium bis miliens et quadringentiens ne magno opere contemneret; Rab. Post. 21.
signum: contemnere etiam signum illud Himerae iam videbatur; Verr. II, 89.
tribunum: ut possim tribunum plebis ... mihi iratum contemnere; leg. agr. I, 26.
triumphum: si triumphum contemnebas; Piso 57.
vim: ne ... vim fortunae stultitia contempsisse videamur; Phil. XIV, 5.
virgas: ſ. poenam.
vitam: vita etiam contempta ac sordida; Planc. 12.
voluntatem: ſ. iudicium; Phil. VI, 5.

contemplor, betrachten: alqm: cum intueor et contemplor unum quemque vestrum; Planc. 2.
alqd: accessit ad argentum, contemplari unum quidque otiose ... coepit; Verr. IV, 33. id animo contemplare, quod oculis non potes; Deiot. 40.
causam: ut totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, [acerrime] contemplemini; Flacc. 26.
lituras: codicis lituras tui contemplare in Sthenii Thermitani nomine; Verr. III, 41.

contemptio, Geringſchätzung, Verachtung: I. habet: tanta legum contemptio nonne quem habitura sit exitum pertimescit? Sest. 134.
II. relinquo: vellem hanc contemptionem pecuniae suis reliquisset! Phil. III, 16.

contendo, anſpannen, anſtrengen, ſtreben, verlangen, eilen, wetteifern, kämpfen, behaupten, vergleichen: I. **abſolut:** alqs: ut ... P. Quinctius ... cum adversario gratiosissimo contendat; Quinct. 2. sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret ..; ib. 66. qui .. cum ipso contenderent; ib. 77. non comparat se tecum gratia P. Quinctius ..., non opibus, non facultate contendit; ib. 93. a me .. ei contenderunt, qui ..; Sex. Rosc. 4. ne is quidem tantum contendet in dicendo quantum potest; div. Caec. 48. minus aliquanto contendet quam potest; ib. ille Cn. Pompeius ita cum C. Iulio contendit, ut tu mecum; ib. 63. si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem; Verr. a. pr. 33. statim exanimatus ad aedis contendit; ib. I, 67. cum vehementius cum eo D. Brutus contenderet; ib. 150. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contenderunt; postremo liceri destiterunt; ib. III, 99. quo minus ingenio mecum atque omni dicendi facultate contendas; ib. V, 174. qui ad extremum usque contenderint; Caecin. 46. si .. verbis et litteris et, ut dici solet, summo iure contenditur; ib. 65. sic omni ratione contendi, ... ut ..; Cluent. 51. cum ad ultimum animo contendissemus; Muren. 65. vociferarer et, quam ‖ quantum ‖ maxime possem, contenderem; Flacc. 38. permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt; Arch. 19. ut, si contenderem, superare non possem; dom. 88. in qua (causa) desinamus aliquando ... volgari et pervagata declamatione contendere; Planc. 47. quibuscum aliquando contendimus; ib. 93. non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrimis, sed misericordia; ib. 102. * ... spe non dubia Roma contenderet; Rab. Post. 21. cum ipsa illa taeterrima peste se saepissime pro tua gloria contendisse; Milo 68. cum Ser. Sulpicius ... contra .. vim gravitatemque morbi contenderit, ut in castra ... perveniret; Phil. IX, 15. stultissime facit, si vitiis cum virtute contendit; ib. XIV, 18. quis esset tam amens qui maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriamque contenderet? ib. 32 (vgl. III. alqd; div. Caec. 28).

amici: ut (amici Sex. Naevii) .. secum iure contenderent; Quinct. 96.

causa: si causa cum causa contenderet; Quinct. 92.

gratia: in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere; Quinct. 84.

humilitas: ſ. II, 1. Sex. Rosc. 136.

imperatores: ita nostri cum illo rege contenderunt imperatores, ut ..; imp. Pomp. 8.

improbitas: ſ. gratia.

inimici: utinam inimici nostri ... mecum postius contendant! Flacc. 5 (3. 8). quos quidem (inimicos) hesterno die Cn. Pompeius ... secum ... contendere iubebat; Balb. 59.

legio: cum .. legio Martia ... ita cum maiore numero hostium contenderit, ut ..; Phil. XIV, 38.

locus: ne contendat cum praetorio nomine equester locus; Planc. 15.

privatus: contenderem contra tribunum plebis privatus armis? Sest. 43.

virtus: posse virtutem sine praesidio fortunae quo contendisset labore ... pervenire; Scaur. c. 1. § 4.

II. **mit Ergänzung:** 1. **de:** „de re pecuniaria cupio contendere.“ „non licet“; Quinct. 71. quis enim erat, qui non videret humilitatem cum [dignitate de] amplitudine contendere? Sex. Rosc. 136. ecquis umquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit quam ille atque illius amici, ne haec mihi delatio detur? div. Caec. 22. qua de re iure disceptari oporteret, armis non contendere; Caecin. 1. quicum tu posthac de possessione contendes; ib. 76. qui armatus de possessione contendisset; ib. 99. ut ‖ et ‖ ... cum his, qu in foro habitarint, de dignitate contendas? Muren. 21. qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore ac de omni dignitate contendent; Sulla 24. quicum de vita fortunisque contenderis; ib. 89. non iam de vita P. Sullae .., sed de sepultura contenditur; ib. 89. contendere de re publica ... magnorum hominum semper putavi; Balb. 60. de quo ipso tecum ita contendam paulo post, ut ..; Planc. 10.

2. **ut:** qui ... cupidissime contenderet, ut ... propinquum suum ... communi luce privaret; Quinct. 74. cum a me peteret et summe contenderet, ut propinquum suum defenderem; ib. 77. ut nemo a vobis ut istum absolvatis per gratiam conetur contendere; Verr. a. pr. 48. contendit ab eo, ut Philodami causam cognosceret; ib. I, 78. modo C. Fimbriam, C. Marium, C. Caelium vidimus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent; ib. V, 181. Cn. Pompeium ... contendisse a D. Laelio ..., ut hunc hoc iudicio arcesseret; Flacc. 14. a Q. Scio contendit, ut sibi domum venderet; dom. 115. contendam ..., ut ... nihil a me ... praetermissum esse videatur; Sest. 5. contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius ... pellitis testibus condonetur; Scaur. 45. quantum potero voce contendam, ut [hoc] populus Romanus exaudiat; Ligar. 6. minus hodierno die contendi, minus laboravi, ut mihi senatus adsentiens tumultum decerneret; Phil. VI, 16. (vgl. I. alqs; Phil. IX, 15).

3. **ne:** pro suo iure contendet, ne patiamini talem imperatorem ... eripi, ne obteri laudem imperatoriam ... velitis; Verr. V, 2. ſ. 1. div. Caec. 22.

4. **Infinitiv:** iter a Vibone Brundisium terra petere contendi; Planc. 96. Dyrrachium, quod erat in fide mea, petere contendi; ib. 97.

5. **accus. c. infin.:** quod contra (eum) copiosissime defensum esse contendi; Quinct. 87. hoc nomen ... in adversariis patere contendit; Qu. Rosc. 5. ego (Panurgum) totum Roscii fuisse contendo; ib. 29. relictum est, ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manilio contendat; ib. 45. „id commune societatis factum esse contendo“; ib. 52. aut hoc contendat numquam esse factum aut ..; Verr. II, 177. sic contendo, ex his parvis libellis ... vos iam coniectura adsequi posse ..; ib. 184. meo iure enim contendam, cum ... iuratorum iudicum sententiis damnari oportere; ib. V, 19. ita .. contendo, post legem Valeriam latam ... aliter neminem solvisse; Font. 1. cum ... ego vehementius contendissem civitatem adimi non potuisse; Caecin. 97. idem ego contendo, ... tum illud nescio quid praeclarum ... solere exsistere; Arch. 15. hunc consulem illo ipso die contendo servasse de caelo; dom. 39. sic contendo, numquam neque eloquentia ‖ eloquentiam, al. ‖ neque iucunditate fuisse maiore; Sest. 107. audebo etiam hoc contendere, numquam esse condemnatum quem constaret ..; Balb. 53. sic ego hoc contendo, me tibi ipsi ... redditurum; Planc. 48. ita contendo: neminem umquam ... causam dixisse, qui ..; Rab. Post. 9.

III. **mit Object:** alqd: „ut possis hoc contra Hortensium contendere?“ Quinct. 78. id cum defensione nostra contendito; Sex. Rosc. 93. ego hoc ex contrario contendo; Qu. Rosc. 47. ait hoc se honeste ... contendere; div. Caec. 23. „quod soleo, cum vehementius contendi, impetrare“; ib. ne omnia contendamus; Verr. II, 52. ne inique contendere aliquid ‖ atque contenderit ‖ ... videretur; Caecin. 103. id magno opere contendit; Cluent. 27. hi suffragiis quod contenderant consequebantur; Sest. 105. voluimus quaedam, contendimus, experti sumus; Balb. 61. quem negas, quod pro Cispio contenderim, impetrare potuisse; Planc. 75. si non eadem contendit in tribunatu Plancius; ib. 77. quod cum saepius ageres et impudentius a me contenderes; Fr. B. VIII, 20. ſ. iter. — II, 5. Balb. 59. Planc. 48.

beneficium: „meum beneficium ad eum potius detuli, qui a me contenderat“; Planc. 12.

causas: si his rebus omissis causas ipsas, quae inter se contigunt, contendere velimus; Catil. II, 25.

copiam: oppidorum .. finitimorum illam copiam cum hac per risum ac iocum contendent; leg. agr. II, 96.

cursum: cum contento cursu ... hostium classis Italiam ... peteret; Muren. 33. ad tribunatum ... contento studio cursuque veniamus; Sest. 13.

iter: quae res eum nocte una tantum itineris contendere coëgit? Sex. Rosc. 97.

magistratum: hic magistratus a populo summa ambitione contenditur; Verr. II, 131.

nervos: in quo (onere) omnis nervos aetatis industriaeque meae contenderem; Verr. a. pr. 35.

studium: ſ. cursum; Sest. 13.

contentio, Anſtrengung, Wettſtreit, Streit, Vergleich: I. **Subject:** concurrunt: quia saepe concurrunt [propter] aliquorum bene de me meritorum inter ipsos contentiones; Planc. 78.

debet: ſ. II, 5. laboro de.

deducit: honoris enim contentio vos ad causam, non inimicitiae deduxerunt; Sulla 90.

est: non est mihi contentio cum teste; Flacc. 18. erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis; Sest. 38. nesciebam inter sapientissimos homines hanc contentionem fuisse, ut ..? ib. 47. cum hoc sibi contentionem fore putabat; Scaur. 34. tamquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quocum multae et tam ‖iam‖ magnae fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo; Phil. II, 7. partium contentionem esse dictitat. quarum partium? ib. V, 32. mihi certamen est cum accusatore aut contentio? Fr. B. VI, 42. — dissimilis: erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio; Sulla 49. — eius modi: erat enim illa altera eius modi contentio, ut ..; Sest. 44. — haec: haec erat studiorum in mea salute contentio, ut ..; Sest. 130. — magna: magna (erat) cum Graecis contentio; Flacc. 92. in quo magna contentio Heraclienſium ‖ Heraclensium ‖ et Neapolitanorum fuit; Balb. 21. ſ. est; Phil. II, 7. — multae: ſ. est; Phil. II, 7. — nullae: nullae contentiones; Planc. 15. ſ. II, 5. laboro de. — par: „ea re tibi cum eo par contentio non erat?“ Quinct. 69. — prima: haec tibi est prima cum Plancio generis vestri familiaeque contentio, qua abs te vincitur; Planc. 18. — quanta: ſ. tanta; Phil. II, 18. — sapiens: contentio tam diu sapiens est, quam diu aut proficit aliquid aut, si non proficit, non obest civitati; Balb. 60. — tanta: qui tantus fuit labor ..., quae contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? dom. 27. ullum esse tantum periculum, ... tantam contentionem, quam ego ... pro dignitate (tua) defugerim? Planc. 78. ut non tanta mecum, quanta tibi tecum esset contentio; Phil. II, 18. — vera: estne haec vera contentio? Planc. 48.

obest, proficit: ſ. est sapiens. — potest: ſ. II, 1. eripio. profero.

subest: cum honoris amplissimi contentio ... subesset; Milo 42.

versatur: largitionis voluntas tum in re publica versata est et partium quaedam contentio; Catil. IV, 18.

videtur: ſ. II, 1. facio; Planc. 5.

II. **nach Verben:** 1. **Accuſativ:** defugio: nullas enim sibi ille .. contentiones ... pro me defugiendas putavit; Planc. 77.

denuntio: nec ille mihi ... legitimam aliquam contentionem ... denuntiabat; Sest. 40.

eripio: possumne eripere orationi tuae contentionem vestrum, quae tractari sine contumelia non potest? Planc. 17.

excito: magnae cotidie contentiones inter Habitum et Oppianicum ex utriusque studio defensionis excitabantur; Cluent. 44.

facio: quoniam fortunarum contentionem facere coepimus; Piso 51. in qua (causa) quaedam hominum ipsorum videtur facienda esse contentio; Planc. 5. ceteris enim bellis maximeque civilibus contentionem rei publicae causa faciebat; Phil. VIII, 7.

fero: ferre animos tantam posse contentionem; Arch. 12.

fugio: quoniam adhuc praesens certamen contentionemque fugerunt; leg. agr. III, 1.

profero: nullam in re pecuniaria contentionem ... posse proferri; Flacc. 7.

propono: aequa enim contentio ... proponitur; Verr. II, 177. quorum de sedibus haec mihi est proposita contentio; dom. 144.

suscipio: qui ... gravissimas contentiones inimicitiasque suscepit; Sest. 86. ſ. I. est tanta; dom. 27.

tracto: ſ. eripio.

2. **Genetiv:** sum: altera pars ... non magnae in dicendo contentionis fore videtur; Cluent. 2.

3. **Dativ:** trado: citius ... quam Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae; Planc. 79.

4. **Ablativ:** opus est: nihil opus esse armis, nihil contentione; Piso 78.

5. **mit Präpoſitionen:** avoco a: quos ... Cn. Pompeius ... ab hoc impari certamine atque iniusta contentione avocabat; Balb. 59.

cognosco ex: ea magis ex aliorum contentione quam ipsa per sese cognosci atque intellegi possunt; imp. Pomp. 36.

conficio in: ut ... omnem .. vitae suae cursum ... in animi contentione conficeret; Cael. 39.

deduco ad: discedam ab ea contentione, ad quam tu me vocas, et veniam ad illam, ad quam me causa ipsa deducit; Planc. 6.

dico de: dicendum necessario est de contentione nostra; div. Caec. 10.

discedo ab: ſ. deduco ad.

expeditus ad: tota .. Italia ad omnem contentionem expedita; Sest. 36.

intellego ex: ſ. cognosco ex.

laboro de: si quis de contentione principatus laborat, quae nulla esse debet; Phil. XIV, 18.

loquor de: cum ... de privatorum hominum contentione iuris loquemur ‖loquamur‖; Caecin. 41.

nascor ex: horum omnium bellorum causae ex rei publicae contentione natae sunt; Phil. VIII, 7.

pono in: ut res minime dubitanda in contentione ponatur; Cael. 55.

revertor ad: ut hoc omisso ad studiorum atque artium contentionem revertamur; Muren. 22.

sum in: multa etiam nostra memoria, quae consulto praetereo, fuerunt in ea contentione, ut ..; Sest. 103.

venio ad: ſ. deduco ad. — in: [non tam cito res in contentionem venisset;] Quinct. 24. neque fere umquam venit in contentionem de accusando qui quaestor fuisset quin repudiaretur; div. Caec. 62. cum in contentionem certamenque venerint; Verr. I, 3. quasi res in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire; Planc. 54.

versor in: alteram (accusationis partem) in contentione dignitatis ... esse versatam; Muren. 11.

voco ad: noli me ad contentionem vestrum vocare; Planc. 16. qui populum ad contentionem vocarit; Fr. B. VII, 15. ſ. deduco ad. — in: reliqui temporis spatium in contentionem vocatur; Muren. 19.

III. **nach Adjectiv:** levis ad: quae mihi ... ad omnem impetum dicendi contentionemque leviora (sunt); Deiot. 5.

IV. **nach Subſtantiven:** 1. magnitudo: si eum magnitudo contentionis ... impulisset; Vatin. 15. omnis ... res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine nec numero proeliorum ... posse conferri; Marcell. 5.

odium: ut viri fortes ... illud contentionis odium ... deponant; Piso 81.

2. aditus ad: facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis; Muren. 14.

V. **Umſtand:** 1. **Ablativ:** adduci: non studio adductus, sed .. contentione dicendi; Planc. 85.

agi: cum haec omnia tanta contentione ... agerentur; Verr. I, 74.

decertare: an decertare mecum voluit contentione dicendi? Phil. II, 2.

distringi: ut ... vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis; imp. Pomp. 9.

efferri: non cupiditate efferebantur ...; non contentione, ... *non* discordia ‖discordes‖; leg. agr. II, 91.

laborare: Cn. Pompeium ... opibus, contentione ... pro salute mea laborasse; dom. 30.

permoveri: quem intellego ... honoris contentione permotum; Muren. 56.

persequi: qui ... dolorem suum magna contentione animi persequebatur; Sest. 39.

pugnari: omni contentione pugnatum est, uti ..; Cluent. 116. quae (pugna) cum rege commissa est et summa contentione pugnata; Muren. 34.

superari: Antiochum Magnum ... magna belli contentione terra marique superatum; Sest. 58.

superior: nec fuisse dubium quin contentione et armis superior posset esse; Planc. 89.

vexari: a quo erat honestissimis contentionibus et saepe et iure vexatus; Phil. III, 28.

vinci: ſ. 1. est prima.

2. **Präpoſitionen:** ex: cum ex mea contentione interitus bonorum omnium quaereretur; dom. 145. qui mihi vel maxime ex magnis contentionibus rei publicae fuisset inimicus; Sest. 130.

extra: de te ... hoc extra hanc contentionem certamenque nostrum familiariter tecum loquar; div. Caec. 37.

in: in contentione suscipiendarum inimicitiarum ridiculum est putare ..; div. Caec. 59. sequentur auctoritatem consulis ... cauti in periculis, non timidi in contentionibus; leg. agr. I, 27. quod (amicitia) ab eodem in honoris contentione superata est; Muren. 8. si in prima contentione ... concidissem; Sest. 44. quae (leges) ... in contentione Sulpicii ... vixerunt; Vatin. 28.

(propter: vgl. 1. concurrunt).

contentus, ſich begnügend, zufrieden: alqs: quod: quasi ego non contentus sim, quod mihi quinque et viginti iudices crediderunt; Fr. B. XIII, VI, 2. — alq. re: eo contentum me esse dicam; Verr. V, 165. hoc sum contentus uno; ib. 166. non fuit his omnibus iste contentus; ib. 170. non fuit eo contentus, quod ..; imp. Pomp. 25. eo contentos vos esse oportebat; Sulla 90. contentus eo non fuisti; Phil. II, 99. — beneficiis: me ... Racilii beneficiis fuisse contentum; Planc. 77. — caede: nostra ... caede te contentum esse; Catil. I, 7. — capite: Lentonem uno capite esse contentum; Phil. XII, 23. — condicione: qua condicione contentus sit; Sex. Rosc. 129. — domo; domo sua regia [...] contentus non fuit; Verr. V, 80. — existimatione: si ... neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius; Cluent. 132. — facultate: quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt; Cluent. 149. — fortuna: ut pecunia fortunisque nostris contentus sit; Sex. Rosc. 7. vos vestra secunda fortuna .. non potestis ... esse contenti? Deiot. 29. — gloria: non fuit contentus beneficii sui gloria; dom. 101. — inclusione: cuius inclusione contentus non eras; Vatin. 24. — iniquitate: contentus hac iniquitate iste non fuit; Verr. II, 94. — lege: ego ea lege contentus sum; Fr. B. VIII, 13. — libellis: nos ... his ipsis libellis contenti sumus; Verr. II, 185. — nomine: hoc volgari (nomine) contentus vix sum; Phil. XIV, 10. — nutriculis: ut haberent reliquorum nutriculas praediorum. quibus utinam contenti essent! Phil. XI, 12. — ordine: se ... ordine suo patrumque suorum contentos fuisse; Cluent. 155. — pecunia: ut pecunia nostra contentus sit; Sex. Rosc. 150. ſ. fortuna; Sex. Rosc. 7. — poena: ut ea poena ... non videamini esse contenti; Ligar. 13. — praeda: quod ... iste mediocri praeda contentus non erat; Quinct. 21. — quaestu: mediocri quaestu contentus esse non poterat; Quinct. 12. — rebus: contentus his tam opimis rebus non fuisti? Verr. I, 93. — sceleribus: si contentus sit eis sceleribus, quae commisit; har. resp. 7. — scientia: ita is, cuius arbitrio et populus Romanus et exterae gentes contentae esse consuerant, ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit; Cluent. 134. — simulacro: id (simulacrum) sustulit, ac tamen eo contentus non fuit; Verr. IV, 109. — supplicio: neque iste mihi videtur ... hoc avaritiae supplicio communi ... contentus esse; Verr. I, 8. — vectigalibus: ut eis (vectigalibus) ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus; imp. Pomp. 14. — victoria: ea victoria contentus ... quievit; prov. cons. 32.

animus — angustiis: quamquam iste tuus animus numquam his angustiis ... contentus fuit; Marcell. 27.

avaritia — alq: quo istius avaritia contenta fuit; Verr. III, 103.

fides — accusatione: uti .. res publica meaque fides una hac accusatione mea contenta sit; Verr. V, 189.

ganeo: neque (cincinnatus ganeo) eo contentus fuit; sen. 12.

gentes — arbitrio: ſ. alqs — scientia.

maiores — alq: (maiores nostri) minimo contenti; Flacc. 28.

natura — scelere: non enim potest ea natura ... hoc uno scelere esse contenta; Verr. I, 40.

patres — alq: (sunt) patres familias suo contenti; Flacc. 71.

populus — alq: neque eo (populus Romanus) potest esse contentus, si ..; Verr. I, 3. — arbitrio: ſ. alqs — scientia. — innocentia, virtute: (populus Romanus) virtute eorum et innocentia contentus est; Planc. 62. — supplicio: si popopulus Romanus istius unius supplicio contentus fuerit; Verr. I, 9.

res publica — accusatione: ſ. fides.

virtus — alq: his ... ad beate vivendum contentam esse virtutem; Deiot. 37. (virtus) sit se ipsa contenta; Phil. V, 35.

contero, abnutzen, verbrauchen: alqm: personam ... contriti ad Regiam, Caecin. 14.

praemium: quod (praemium) iam contritum et contemptum putatur; Sest. 86.

tempus: frustra tempus contero; Qu. Rosc. 41.

conterreo, einſchüchtern: nationes: ceteras (nationes) conterruit, compulit; prov. cons. 38.

